ORATORIVM
ARTIFICIVM
A' STEPHANO CAROLO

Tribus Demoſthenis Olynthiacis Orationibus
conuertendis; & conſcripto argumento,
ac tum ipſis præcipuis ſententijs,
tum argumentationibus ex-
cerptis illuſtrandis
demōſtratum.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

BONONIAE,
Ex Typographia Ioannis Roſsii MDLXXIII.
Curiæ Epiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.

STEPHANI CAROLI

in conuertendis, illuſtrandiſq. tribus Demoſthenis Olynthiacis orationibus conſilium.

NEQVIS hæc noſtra ſcripta, quæ prima confecta prima in lucē ex pluribus prodeunt, cùm in manus ſumpſerit; uel ipſa fortè motus inſcriptione partim miretur, partim quid ſibi uelint, incertus quærat; eam nobis hac breui noſtræ rationis explicatione tollendā, quod poſſimus, dubitationem, & admirationem amouendam eſſe initio duximus. Atq. miretur quidem fortaſſe id quiſpiam: cur haſce nos nunc treis orationes ab aliis adeo doctis, & utriuſq. linguæ peritis uiris iampridem conuerſas, & peruulgatas Latinas rurſum multos abhinc annos a nobis factas legendas in publico proponere non dubitauerimus: ſed noſtrum is conſilium cùm cognouerit; ſperamus fore, ut nequaquam improbet, ac mirari deſinat: non enim ut cum illorum induſtria noſtram in conuertendis his induſtriam contenderemus, hunc laborem ſuſcepimus: quanquam non huiuſcemodi quidem palmam, qui anteuertit, aliis præripuit; neq. ſi quem poſterius exoriri animaduertat, ſecum uirtute certare qui minimè uereatur; non æquo æquam animo, & honeſtam ferens benè de liberalium doctrinarum ſtudioſis pro uiribus promerendi uoluntatē, ac certationem, non iure iniquus ipſe exiſtimetur. Verùm in hac re non ideo nos elaborauimus, uti certaremus; ſed retexere quodammodo: quando quamox gratia dicetur, id facere ſanè ſtatueramus; a nobis ipſis quaſi contextas rectius, quàm ab alio quoquam uiſum eſt: ut qualiacunq. eſſent, quæ ad communem fructum afferremus;

domo, atq. ex noſtra facultate omnia depromeremus. Ita non uti coagmentaremus certè, diſſoluimus: uerùm coagmentauimus, ut diſſolueremus. Quod factum cùm haud cuiquam, cuius probari iudicium debeat; improbandum, aut mirandum iam uiſum iri amplius arbitremur; nunc dehinc quò pertineat, ne ſit dubium, declaretur. At rem paulo attentius qui inſpiciat; non declarationem, opinor, magnopere deſideret; qua, quid mihi uoluerim, planum fiat: nam conatum oſtendere me id uideat; quod cùm in omni ſanè oratoria diſputatione, exaggerrata ue explicatione; tum quauis in orationis uſurpatione ſit diligentiſſimè quærendum; quæ dictionem, atq. ſcriptionem antecedere adhibita meditatio; quæq. conſequi meditationem dictio contra, & ſcriptio debeat: etenim omnes cùm artes nos aut ad actionem ſuſcipiendam, aut ad efficiendum opus inſtituãt; quid autem, & quemadmodum aut agi, aut effici oporteat; directa ad artis normam actionis, atq. operis conſideratio, quæ præceptis obſcurius tradita ſunt, ante oculos perſpicuè ponens longè, multoq. apertius doceat; cùmq. ex unaquaq. præſtantiſſima ſumi exempla deceat; ut quod in primis optabile eſt, iucundumq. in primis, ſi contingat; quamminimè manca cognitio, atq. quamcertiſſima capiatur; his ego orationibus ita & continentibus uertendis, & in diſtinctas, aptèq. inter ſe ſe cohærentes partes diſtribuendis, quæ ab hoc oratore, quem Cicero ſummus orator ſummè eſt admiratus; quem omnibus omni dicendi artificio prætulit; quem eſſe diuinæ cuiuſdã exemplum eloquentiæ prædicauit; ex facultatis oratoriæ genere omniũ difficillimo, honeſtiſſimo, propriè reip. accommodato una ſerè tres habitæ de re ſunt, & conſcriptæ; hoc efficere uolui ut pateret; quæ oratoris fuerit ex arte appoſitarum ad oblatam cauſam

ſen-

ſententiarum, ac rationum primum excogitatio; quæ conſequens deinde tum prior, tum poſterior collocatio: & quæ adiuncta tertia elocutio: quòd hæc nos cõtemplatio neſcio quo modo planius commo nere, quàm artis inſpectio, uideatur; quibuſnam fiat rebus obſerua tis, uti curſum oratio nuſquam offendens, nuſquam unquam uacil- lans, nuſquam corruens, ad exitum conſtanter ab ipſo initio conten dat: cernas enim perſpicuè, quàm concinnè res principis cuiuſdam quaſi comites, illiq., atq. ſibi inter ſe optimè conuenientes unaquæq. oratio complexa plures compactione congruens conformetur: quem admodum argumentationes coniunctim prius ordine inſtruantur; poſt in contentionem, ne ſeſe impediant; & ut, quod petunt, occul tius feriant; permiſtæ cum exemplis, cum aptis morum ſignificatio nibus, cum permotionibus animorum, cum ſeriis, ridiculis, generali bus, breuibuſq. dictis; & obtectæ quodammodo producãtur: quo de niq. id modo, non in poſtremis quod curandum eſt, perficiatur; ut cùm ad quandam cætera neſcio quo modo explendæ cogitatione ar gumentationis formam omnia redigantur; duabus neceſſariis illis ex partibus, proponente altera, altera confirmãte binis deinceps mi rabili ſerie coniunctis uniuerſa oratio conſtare animaduertatur. Hanc autem, de qua loquor, coniunctionem generis ego nomine; bo na licere quod uenia mihi perſuaſi; argumentationẽ appellaui: atq. orationes mihi has potiſſimũ delegi; quibus illud efficere, quod eni tere; ob breuitatẽ maxima cũ legentiũ, atq. hoc agẽtiũ uoluptate: & ob genus, ĩ quo nec ĩtercurrẽs cõtinuationẽ narratio dirimat; & ipſa ferè ex cauſa exordiũ oriatur; facillimè poſſẽ. Iã igitur primũ a nobis cõfectũ olim, ac diu cuſtoditũ ocii literarii noſtri munus pri mũ prolatum etiã qua in re poteſt, cõmunibus commodis deſeruiat.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACAE PRIMAE

Orationis Argumentum a Stephano Carolo conſcriptum.

THRACIAE fuit vrbs Olynthus e Chalcide Eubœæ colonia vetere Athenienſium. Geſſit ea ciuitas & cum Athenienſibus, & cum Lacedemonijs bella; magnamq. potentiam eſt conſecuta; ſocietate autem ad bella gerenda cum Philippo Macedonum rege facta, ſuſceptoque communiter contra Athenienſes bello, oppidum Anthemunta, de quo Olynthijs, cum ipſis Macedonibus controuerſiæ fuerant, & Potidæam, quam Athenienſes tenerent; a Macedone expugnatam acceperunt: deinde regis opes celeriter, vehementerq. augeſcere, & animum parum fidelem eſſe cùm animaduerterent; ſuſpectum eum habere cœperunt; atq. is cùm abeſſet, legatis ipſos ad Athenięſes miſſis, cum ijs contra fœdus cum Philippo pactum pacem tũ fecerunt. Quare illis Philippus bellum, vt fœdifragis, intulit: at illi ad Athenienſes legatos de ſubſidio miſerunt; quorum partes Demoſthenes ſuſcepit; auxiliũ Olynthijs uti ciues ferrent, ipſi militarent, Philippum ne metuerent, ſuaſit: ſpectaculorum pecunias, quæ lege lata plebi ex ærario bini ſingulis oboli tribuerentur; in tempus reip. ut conferrẽt, acutè, pœnam capitis lege conſtitutam ne ſubiret; ſignificauit, ſed non apertè cenſuit.

DEMOSTHENI

præcipuè propoſitæ prima in Olynthiaca oratione ſententiæ

A STEPHANO CAROLO excerptæ:

Vna quæſtionis:

Olynthij Athenienſibus ſeruandi ſunt.

Totius autem orationis hæ:

ATTENTE uobis audiendi ſunt;quicunq.cō ſilium afferūt.

Vobis Olynthiorum ſeruādorum prouincia ſuſcipienda eſt.

Quod Philippi in imperio eſt labefactatu difficillimum,id ipſum uobis utiliſſimum accidit.

Vobis parandum bellum;ac ſuppeditanda pecunia;uobis exeundum ipſis;ac nihil, quod ad rem pertineat; mittendum.

Hæc ita præclara occaſio, quæ oblata eſt; non eſt amittenda.

Quòd neq. multo ante illud acciderit, ut bello multa ſint nobis erepta;& occaſio nunc exorta ſit,quæ compenſare eas iacturas poſſit;noſtrum eſt officium,uti Dijs gratiam habeamus.

In eam eſt rem uehementer incumbendum; uti poſthac agenda quæ occurrent,rectè agamus.

Quæ ipſa in regione continentur; bellum huc ſi eruperit,in extremum diſcrimen adducentur.

Du-

Duplici ratione ferre rebus auxilium uos oportet; cùm Olynthum militibus, tum triremibus, atq. militibus alteris in regiones Philippi mittendis.

Nec ſtatuo decreto meo pecuniam, quæ ſumitur ad ſpectacula; eſſe militarem; & omnibus, alia domo conferenda, quacunq. ſit opus; uel mea, uel alia cogēdæ pecuniæ ratio, quæcunq. utilior uiſa fuerit, ineúnda eſt.

Eſt id operæpretium conſiderare; qui ſit Philippo rerum in præſenti ſtatus.

Ad res gerendas alacriter eſt aggrediendum; cum obeundis, quibus de rebus oporteat; legationibus; tum ſubeundis militiæ laboribus; tum alijs omnibus cohortandis; eundumq. in eum illa ipſa alacritate, qua is in nos iret; huiuſmodi occaſio ſi daretur; bellumq. noſtris in finibus quodpiam oriretur.

Nunc optio uobis datur; uos ne bellum illic, an hîc ille gerat: omnem autem conatū omnes adhibere; & illuc bellum pro ſua quiſq. parte propellere debent.

E DEMOSTHENIS PRIMA OLYNTHIACA ORATIONE ARGVMENTATIONES

A STEPHANO CAROLO excerptæ.

Quæſtionis argumentationes.

SERVARI Olynthios Athenienſibus vtile eſt. Athenienſibus igitur ſeruandi.

Seruandis Olynthijs bellum imminens Atticæ longè arcetur. Ergo ſeruari Olynthios Athenienſibus vtile eſt.

Totius orationis argumentationes.

GRATISSIMVM fore vobis arbitror, intelligere, quod conſilium in deliberatione propoſita futurum ſit vtile ciuitati;& vtilitatis cognitio fiet audiẽdo facilior. Attente igitur vobis audiendi, quicunq. conſiliũ afferunt.

Oblata occaſio vobis ipſis illam ſuſcipiendam prouinciã indicat. Quocirca ſeruandorum Olynthiorum prouincia eſt vobis ſuſcipienda.

Flectet, atq. auellet aliquam Philippus rerum illarũ partem; niſi vos eas ſuſceperitis. Itaq. vobis ſunt ſuſcipiendæ.

Summa Philippi vnius domi, militiæq́. auctoritas reconciliandis ſibi Olynthiorum animis aduerſatur. Quare quod in imperio Philippi difficillimum eſt labefactatu; vobis idipſum vtiliſſimum eſt.

Intelligũt illud Olynthij, ſibi cum tali viro de patriæ ſalute, interituq́. nũc eſſe certamen. Summa igitur Philippi vnius domi militiæq́. auctoritas reconciliandis ſibi Olynthiorum animis aduerſatur.

Amphipolis,& Potidææ proditores ab eo malè eſſe acceptos norũt: atq. omnino ſuſpecta tyrãnis eſt liberis ciuitatibus,eoq́. etiam magis,ſi finitimæ ſint. Quamobrem id intelligunt Olynthij,ſibi cum tali viro de patriæ ſalute,interituq́. eſſe certamen.

Noſtis hæc eſſe,qualia expoſui; quæq́. alia conueniunt, vobis complecti cogitatione perfacile eſt: nullaq́. ratione amplius,nulla excuſatione recuſare, quæ tanta opportunitas afferat, poteſtis. Quapropter ego quidem ita ſentio; parandum vobis bellum, pecuniam ſuppeditandam, vobis exeundum ipſis eſſe; ac nihil, quod ad rem pertineat; mittendum.

Nunc, id quod vehementer optabatis; apertè Olynthij nulla veſtra opera bellum contra Philippum ſuſceperũt; idq́. vt vobis commodum eſt maximè.Quocirca nulla ratione amplius,nulla excuſatione recuſare, quæ tanta opportunitas afferat; poteſtis.

Firmæ ſunt inter illos,& Philippum inimicitiæ publicæ. Bellum ergo Olynthij contra Philippum apertè ſuſceperunt,vti vobis commodum eſt maximè.

Non veſtro illi ſuaſu,ſed odio proprio publicas cum Philippo inimicitias gerunt. Quare ſunt inter illos, & Philippum firmæ inimicitiæ publicæ.

Multas occaſiones ante datas magno veſtro incommodo amiſiſtis; & noſtra negligentia Philippus ita potens eſt factus. Hæc ergo ita præclara occaſio, quæ oblata nunc eſt; non eſt amittenda.

Si Amphipolin,ſumma ciuium voluntate cũ potuimus; oc-

occupauiſſemus; ſi Pydnam, ſi Potidæam, ſi Methonem, ſi Pagaſas, obſidione, cùm licuit, liberauiſſemus; neq. Philippus ita inſolens eſſet; & nos in præſentia non laboraremus. Verùm nos & quæ adſunt ſemper abijcere; & quæ futura ſunt, ipſamet, ſine vlla cuiuſquam opera, rectè euentura opinari conſueuimus. Itaque multas vos occaſiones antea datas magno veſtro incommodo amiſiſtis; & noſtra negligentia Philippus ita potens eſt factus.

Cùm hæc extitit nunc Olynthiorum occaſio; tum quòd quidem ſint nobis bello multa erepta, noſtræ negligentiæ fuit; diuinæ uerò hoc benignitatis, quod nec id ipſum multo ante acciderit; & occaſio nunc exorta ſit; quæ cõpenſare eas iacturas poſſit; tum etiam contra faciendũ eſt, quàm ij ſoleant; qui datis occaſionibus in adminiſtranda rep. non rectè uſi, neque Deorum benignitatis recordantur. Quapropter, quòd nec multo antè acciderit, ut bello multa ſint nobis erepta; & occaſio nunc exorta ſit, quæ compenſare eas iacturas poſſit; diis habenda eſt gratia.

In gerenda republica idem facere homines, quod in paranda pecunia, ſolent; ubi ſi id, quod eſt partum, dilabitur; dilabitur gratiæ memoria ſimul, quæ fortunæ fauenti debeatur: & ex iis, quæ poſtrema ubiq. euenerunt; quæcunque anteceſſerint, qualia fuerint, plurimum iudicãtur. Quare qui datis in adminiſtranda rep. occaſionibus non rectè ſunt uſi; neque Deorum ij benignitatis recordantur.

Primùm nos, quæ agenda poſthac occurrent, rectè ſi egerimus; rerum hactenus geſtarum infamiã abſtergemus: deinde ſi hos quoque homines deſtitutos reliquerimus; Olyntho ille euerſa, quocunque libuerit, impedimento nullo obſtante inuadet: poſtremò cùm amittere res datas inutile eſt; tum Philippum habemus aduerſarium; qui cùm

aliquid noui ſemper moliendi ſtudio rapiatur;nunquã conquieſcet. Eam igitur in rem vehementer incumbendum; uti agenda quæ poſthac occurrent; rectè agamus.

Exiguam ille initio potentiam nactus, deinde potentiſſimus eſt factus; ſingulis locis aliorum negligentia relictis ſuo labore, & aſſiduitate occupandis. Quamobrem cum amittere res datas inutile eſt;tum Philippum habemus aduerſarium; qui cum aliquid noui ſemper moliendi ſtudio rapiatur;nunquam conquieſcet.

Nobis ne idem accidat ſanè vereor,quod quibuſdã diſſolutis ſolet:diſſoluti autem quidam magnis pendẽdis uſuris perfacile cùm inueniant, unde fœnori accipiant; vbi non ita diu copiis alienis abundarint facultatibus poſt etiam propriis exturbantur. Quocirca uereor, ne quæ in regione ipſa continentur, in extremum diſcrimen adducantur.

Bellum in nos inuadet aliquando.Vereor ergo,nobis ne idem accidat;quod quibuſdam diſſolutis ſolet.

Ille aliquid addens antè partis rebus continẽter longius progreditur;nos omnia contra negligentes ei nuſquam reſiſtimus. Quare bellum in nos planè inuadet aliquando.

Reprehenſio mihi,quæ eſt cuiuis facilis;omittẽda; quid autem è re nata faciẽdum ſtatuam;id quod eſt eius,qui de re propoſita ſuam ſententiam proferat;explicandum: veſtræ etiam iracundiæ periculum, quòd plerunque vos nõ incommodorum auctoribus, ſed rerum gerendarum ſuaſoribus; ſi quid minus ex ſententia ceſſerit; irati eſſe conſueuiſtis; utilitate ueſtra poſterius mihi eſſe debet: atque eſt opus uos Olynthiis oppida conſeruare; & regiones illius vaſtare. Ipſe igitur cenſeo, duplici ratione auxilium uos rebus ferre oportere; cùm Olynthum militibus; tum triremibus,atq. militibus alteris in regiones illius mittẽdis.

Vos

Vos ſi duorum alterum neglexeritis; fortaſſe fruſtra exitum cognoſcetis. Quapropter opus eſt, vos Olynthiis oppida conſeruare, & regiones illius vaſtare.

Siue patrios ille à uobis uaſtari fines paſſus Olyntho potitus fuerit; domum reuerſus facilè ueſtrum impetum repellet: ſiue ſubſidio tantum Olynthijs miſſo, domeſticis cùm periculum rebus nullum creari viderit; bello gerendo aſſederit, & adhæſerit; obſeſſos eos temporis diuturnitate ſuperabit. Ergo duorum alterum ſi neglexeritis; fruſtra fortaſſe exitum cognoſcetis.

Pecuniam, quæ poſſet eſſe ad bellum adminiſtrandum ſatis; vos vt libet conſumitis; atque ad ſpectacula ſumitis: milites autem ego comparandos cenſeo; pecuniamq. eam eſſe militarem; vt vnum, atque idem ſit inſtitutum, & accipiendæ pecuniæ, & reip. gerendæ: tum pecunia certè opus eſt; atque dum tempus ad eam rem fert; ſuſcipienda eſt rerum defenſio. Quare nec ego ſtatuo decreto meo pecuniã illam eſſe militarẽ; & omnibus, alià domo conferẽda, quacunque ſit opus; uel mea, vel alia cogendæ pecuniæ ratio; quæcunque vtilior viſa fuerit, ineunda eſt.

Sine pecunia nihil boni fieri planè poteſt. Quamobrem opus eſt certè pecunia.

Rerum ſtatus non eſt ita commodus, neq. optimus Philippo. Itaq. illud eſt operæpretiũ, conſiderare; qui ſit Philippo rerum in præſentia ſtatus.

Plura illum perturbant, ac malè habent. Quocirca rerũ ſtatus non eſt ita commodus, neque optimus Philippo.

Belli euentus, Theſſalorũ res, Illyrius, Pæon, omneſq. illi vehementer ei animum adimunt. Quapropter plura illum perturbant, ac malè habent.

Belli euẽtus eius opinionem fefellit; res Theſſalorum lubricæ; Illyrio, Pæoni, illiſq. omnibus ſtudium adeſt libertatis.

tatis. Quare belli euẽtus, Theſſalorum res, Illyrius, Pæõ, om neſq́. illi vehementer ei animum adimunt.

Ad bellum ille gerendum cùm aggreſſus eſt; impetu ipſo euerſurũ ſeſe omnia ſperauit; poſt aliter euenire multo intellexit. Quamobrem belli euentus eius opinionem fefellit.

Res Theſſalorum, quales ſemper fuere; huic quoque nũc ſunt: fuerũt autem omni tempore omnibus hominibus infidæ. Lubricæ igitur huic quoque ſunt, atque infidæ.

Pagaſas repetere ſtatuerunt; Magneſiam muris cingere prohibuerunt; portuum, atque omnis auferre fori fructum decreuerunt: ac ſi Theſſalicorum illi portuum foriq́. omnis fructus ablatus fuerit; commeatus comparatis militibus præbendi copia in anguſtum admodum contrahetur. Itaque Theſſalorum res, quales ſemper fuere; huic quoque nunc ſunt.

Rem Theſſalorum publicam debere aiunt portuum, atque omnis fori fructu adminiſtrari. Quo circa auferre decreuerunt.

Cùm Pæon, & Illyrius, & illi omnes auſcultandi cuiquã inſueti; tum homo eſt contumelioſus.

Quapropter Illyrio, Pæoni, illiſq́. omnibus ſtudium libertatis adeſt.

Stultis ad voluntatem nullo eorum merito res fluentes cauſam deſipiendi præbent. Quare eſt homo contumelioſus.

Stulti efficiunt, vti ſæpè numero parta bona conſeruare, quàm parere difficilius uideatur. Itaque ſtultis res ad voluntatem nullo eorum merito fluentes cauſam deſipiendi præbent.

Illius inopportunum tempus veſtra eſt opportunitas: ac putidũ eſt, quæ uos ferre incommoda, ſi is poſſet, cogeremini,

mini; neque ijs vos eum nactos occaſionem afficere. Quã-
obrem ad gerendas res alacriter eſt aggrediendum, cùm
obeundis, quibus de rebus oporteat, legationibus; tum ſu-
beundis militiæ laboribus; tum alijs omnibus cohortandis;
eundumq. in eum illa ipſa alacritate; qua is in nos iret;
huiuſmodi occaſio ſi daretur; bellumq. in noſtris finibus
quodpiam oriretur.

Olynthiorũ ciuitas ſi reſtiterit; vos Philippi imperio bel
lum inferetis, eiuſq. vaſtabitis regiones, ex hac veſtra, quæ
vobis nunc eſt; fructus omnes nullo turbati metu capiẽtes:
ſin illam Philippus vrbem occupauerit; nemo illum am-
plius, ne huc eat, poſtea prohibebit: ac faciet: tũ multũ cer
tè multis de cauſis intereſt, hîc ne, an illic bellũ geratur:
poſtremò ſi conatũ omnes omnẽ adhibueritis; & illuc bel
lum pro ſua quiſque parte propuleritis; diuites quidem exi
guam pecuniam cùm impenderint, ob magnas opes, quas
rebus benè cedentibus poſſident, ijs, quæ reliqua fient, om
ni amoto metu perfruentur: qui verò per ætatem poſſunt;
bellãdi vſum in Philippi regione adepti formidabiles erũt
intacti patrij ſoli defenſores: oratoribus denique rerũ pu-
blicè geſtarum rationes relatu faciles fient. Nunc igitur
optio vobis datur, vos ne illic, an hîc ille bellum gerat: at-
que omnem conatum omnes adhibere, & bellum illuc pro
ſua quiſque parte propellere ſanè debent.

Thebani ſocios etiam ſe addent ad impetum in vos fa-
ciendum; Phocenſes ne ſuam quidem ſine veſtro auxilio
regionem tueri poſſunt; alius, qui obſtet, nemo reperietur.
Quapropter illam ſi Philippus vrbem occupauerit; illum
huc ne eat, nemo poſtea prohibebit.

Volet, ac poterit. Quare faciet.

Iactat id nunc; cùm in eo ineptus videtur. Itaque volet.

Ad magna detrimenta, quæ bellum afferet aratoribus; ſi
veſtro

veſtros in fines inuaſerit; accedet contumelia, reiq. publicæ dedecus; quod nullo detrimẽto minus moleſtum eſt benè ſanis. Multum ergo multis de cauſis intereſt; hîc ne, an illic bellum geratur.

Illa detrimenta erunt longè maiora, quàm quæ à uobis ijdẽ aratores acciperẽt; ſi ipſi longè à domo bellare, atque è ueſtris agris, quidquid alẽdis copijs opus eſſet, ſumere cogeremini; quæ tamen ipſa eſsent ſanè maxima. Quocirca magna bellum detrimenta afferet aratoribus; ſi veſtros in fines inuaſerit.

Si vos ipſi non amplius triginta dies in alienis finibus belli cauſa eſſe cogeremini; cùm in veſtris interea nullus hoſtis eſſet omnino; & quibus exercitui opus eſſet; ea veſtris ex agris ſumeretis; plus damni facerẽt aratores, quàm quãtum in præteritum omne bellum impẽſum eſt. Quæ igitur à uobis detrimenta aratores acciperent; ſi ipſi lõgè à domo bellare, atque è ueſtris agris, quidquid alendis copijs opus eſſet, ſumere cogeremini; eſſent maxima.

Quales poſtremò res vos circumſteterint; tales oratoribus iudices rerum geſtarum eritis. Quare ſi oratores omnem adhibuerint conatum; ac bellum illuc pro ſua parte propulerint; rerum ijs publicè geſtarum rationes relatu faciles fient.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA PRIMA ORATIO.

A STEPHANO CAROLO Latina facta.

LONGE ego vos pluris Athenienſes,quàm magnam pecuniæ vim æſtimaturos illud eſſe arbitror;ſi demonſtretur,quod nam propoſita in deliberatione conſilium futurum ſit vtile ciuitati. Hoc igitur ita cùm ſit;id veſtrum eſt;vt eos vobis, remp.conſilio iuuare qui ſtudeant; attentè audiendos cēſeatis:non enim illud modo,quod ad rem quiſq́. accommodatum afferet meditatus ;audiendo accipietis;ſed multa etiam nonnullos ex tempore opinor; quæ veſtra eſt fortuna ;opportunè excogitata explicaturos:quibus ex rebus omnibus,quod utile ſit,facilè ſtatuatis. Quapropter oblata occaſio ſuſcipiendam nobis Athenienſes,ipſis,tantum quòd non vocem quoq. mittit, illam eſſe prouinciam declarat;ſi quid earum modò rerum ſalus vobis curæ eſt:at nos in eas mihi neſcio quo eſſe animo videamur.Quocirca ſic equidem cenſeo;auxilium vt iam decernatis;& vos quamprimum ita comparetis, hinc ire auxilio,neq́. committere,vt quod iam antea, vobis idem nunc quoq́. eueniat;& legationem vt mittatis,hæc ipſa quæ doceat,atq. gerendis rebus eadē interſit : etenim ea maximè cautio eſt;ne verſutus homo, & qui rerum uſum pulchrè calleat,aliàs concedendo,vbi res poſtulet; aliàs minis etiā territando(fides autem habenda ei iure eſſe videatur)aliàs

nos,atq. noſtram abſentiam criminando,de rerum ſumma partem aliquam flectat, & auellat. Verumtamen nihilo ſecius Athenienſes rectè, quod in imperio Philippi eſt oppugnatu ac labefactatu difficillimum; id ipſum vobis vtiliſſimum accidit: ſumma enim quòd ſit eius vnius omnibus in rebus & peruulgatis, & occultis auctoritas;& quòd ſimul imperium,dominatum, & pecuniæ procurationem obtineat;quodq́. ipſe vbiq. cum exercitu ſit; rebus id quidem bellicis celeriter, & in tempore adminiſtrandis maximè conducit;Olynthiorum autem; id quod libentiſſimè faceret;animis ſibi reconciliandis aduerſatur;propterea quòd Olynthij ſanè illud intelligunt, non iam de gloria, neq́. de parte aliqua regionis; ſed planè de euerſione, atq́. ſeruitute patriæ cum tali viro ſibi eſſe certamen:neq́. vero ignorant,quibus præmijs affecerit cùm illos Amphipolitas, qui vrbem ei prodiderunt; tum etiam Pydnæos, qui eum in vrbem receperunt:atq. tyrannis ipſa ſuſpecta eſt omnino liberis ciuitatibus opinor; eoq́. etiã magis,ſi finitimæ fuerint. Cùm igitur hæc Athenienſes ita eſſe noueritis;quæ conueniunt,alia cogitatione omnia cõplectimini;atq. eum animum me auctore ſuſcipite, vt iam excitemini;omniq́. ſtudio,ſi aliàs vnquam, nunc quoq. ad bellum incumbatis;& ſuppeditandam ſine vlla cunctatione pecuniam,vobis exeũdum ipſis,ac nihil omnino, quod ad rem faciat;omittendum eſſe ſtatuatis: nulla enim vobis amplius ratio, nulla excuſatio reliqua eſt;quamobrem ea facere,quæ reſp.poſtulet;recuſetis: ſiquidem illud nũc, de quo multus fuit veſtrum omnium ſermo; efficiẽdum ſcilicet,vt Olynthij bellum contra Philippum apertè ſuſciperent;nulla cuiuſquam opera nunc euenit; idq́. vt vobis ſit maximè commodum:nam ſi veſtro ſuaſu bellum ſuſcepiſſent;infirmi vobis illi fortaſſe ſocij fuiſſent,nec in ea ſen

tentia perpetuò permanſiſſent:ſed quando eorum in illum odium iniuriæ propriæ concitarũt;firmas inter eos, & Philippum,ob ea,quæ metuunt,quæq. tulerunt;futuras eſſe inimicitias publicas veriſimile eſt. Quare ita præclara Athenienſes occaſio, quæ oblata nunc eſt; non eſt amittenda; nec committendum,vt quod vobis iam olim ſæpenumero accidit;idem nunc quoq. accidat:nam ſi quo tempore lata Euboëſibus iam ope reuerſi ſumus;atq. in hũc ſuggeſtum Hierax, & Stratocles Amphipolitæ aſcẽderunt;ſuaſeiũtq. vt claſſe profecti traditum ab ijs oppidum acciperetis;noſtra ipſa in cauſa,quod in Euboenſium ſalute,ſtudium adhibuiſſemus;Amphipoli tunc occupata,vos incommodis omnibus,quæ deinde ſecuta;liberauiſſetis:ac rurſum cùm renunciatum eſt,obſideri Pydnam, Potidæam, Methonem, Pagaſas,& oppida alia;ne ſit longũm ſingula commemorare;ſi horum primo cuiq;tunc alacriter ipſi, atq. vti decuit;auxilio veniſſemus;faciliore hodie Philippo,ac longè demiſſiore vteremur: nunc verò,dum nos & quæ adſunt ſemper abijcimus,& futura quæ ſunt, rectè euentura ipſa ſine vlla cuiuſquam opera opinamur;cùm Philippi res auximus Athenienſes;tum ita vehementer amplificauimus; vti nullius vnquam Macedoniæ regis tanta potentia fuerit. At in præſenti extitit occaſio : quæ nam ea ? hæc ipſa Olynthiorum, quæ ſe vltro obtulit ciuitati; nec vlla ſuperiorum inferior eſt. Atq. equidem arbitror; ſi quis eorum, quæ ad nos ipſi Dij detulerunt; æquus ſit æſtimator conſtitutus; tametſi multa contra, atq. oportuit, ſe ſe habeant; magnam eum tamen Dijs meritò gratiam habiturum : quòd enim bello multa ſint nobis erepta;noſtræ quiſpiam illud neglıgẽtiæ iure tribuerit:Diuinæ verò benignitatis munus eſſe ego certè exiſtimarim;quòd nec id ipſum multo antè acciderit.& ſocie

tas extiterit quædam in præſenti;ſi nos ea vti voluerimus; quæ compenſare illas iacturas poſſit. Verùm perſimile illud eſt opinor,quod fit in pecunia cōparanda; vbi ſi quod eſt partum,etiam conſeruatur; permagna eſt gratia fortunæ;ſin id imprudentia dilabitur;dilabitur & gratiæ memoria ſimul, quæ fauenti fortunæ debeatur:ſic in re quoq. publica adminiſtranda,qui datis occaſionibus non rectè vſi ſunt;neq. ſiquid à Dijs delatum eſt boni, recordantur:ex ijs enim,quæ vbiq. poſtrema euenerunt; quæcunq. anteceſſerint;qualia fuerint, plurimum iudicantur. Quare de ijs etiam Athenienſes,quæ poſt hac occurrent, vehementius cogitandum eſt;vt ijs ipſis rectius adminiſtrandis, ex rebus geſtis hærentem infamiam abſtergamus: ſin autē hoſce quoq. Athenienſes deſtitutos homines reliquerimus; & Olynthum deinde ille euerterit;mihi aliquis dicat;quid erit,ei amplius quod obſtet;ne quocunq. libuerit,inuadat? Num rationem veſtrum quiſpiam reputat Athenienſes;illudq. conſiderat; qua ratione Philippus initio potentiam exiguam nactus, deinde potentiſſimus eſt factus? Capta primum Amphipoli,tum Pydna,deinde Potidæa,poſt Methone;deinde impetum in Theſſaliam fecit; Pheras deinceps,Pagaſas,Magneſiam; omnia ſanè cùm ex voluntate cōſtituiſſet,in Thraciam abijt;vbi regibus alijs eiectis,alijs confirmatis,in morbum incidit;ex quo is rurſum cùm conualuiſſet;non ſe ad deſidiam inclinauit;ſed Olynthios ſtatim eſt aggreſſus:illatum autem & contra Illyrios,& contra Pæonas,& contra Ariſbam,& quas quiuis commemoret regiones ab eodem bellum prætermitto. Quid igitur iſtæc, dixerit quiſpiam, nobis in præſentia exponis?Vtrunq. vt percipiatis,atq. ſentiatis, Athenienſes,cùm aliquid datis è rebus ſingulatim continenter amittere quā ſit inutile;tum noui ſemper aliquid moliendi ſtudium,quo

Phi-

Philippus eſt omnibus infeſtus,& in quo viuit: quòd quidem ſtudium nunquam eum ſinet,geſtis rebus cõtentum conquieſcere.Quòd ſi is quidem ante partis rebus continenter aliquid addendum, longiusq́. progrediendum ſibi eſſe ſtatuerit;vos autem cõtra omnia negligenda, eiq. nuſquam reſiſtendum eſſe cenſueritis;videte quorſum tandẽ hæc eſſe euaſura ſperandum ſit. Prò Dii immortales quis ita ueſtrũ eſt in rebus rudis, qui hoc non intelligat; beſlũ, niſi cauerimus,illinc motum huc eſſe erupturũ? Attamen id ſanè Athenienſes ſi euenerit; equidẽ uereor, ne,ut qui magnis pendendis uſuris fœnori unde accipiant facilè inueniunt;ubi non ita diu copiis alienis abundarint; facultatibus poſt etiam propriis exturbantur;ita nos quoq., ſi per ſpectum ſit,quemadmodum propter deſidiam ocium magno tenuerimus; atq. ad uoluptatem omnia referamus; multa,& quidem dura,quæ nolimus;neceſſitate deniq. facere cogamur;quæq. in regione ipſa continentur,in extremũ diſcrimen adducãtur.Itaq. reprehẽſionem quidẽ quiſpiam facilem fortaſſe,& cuiuſuis hominis eſſe dicat; quid autem e re nata faciendum ſtatuam,explicare; id eius eſſe, qui ſuam de re ipſa propoſita ſententiam proferat. Ego uerò id quidem Athenienſes minimè ignoro; plerũq. non auctoribus incommodorum, ſed rerum geſtarum ſuaſoribus; ſiquid ex ſententia minus ceſſerit;iratos eſſe uos conſueuiſſe: non tamen ea certè,quorum explicationem utilem uobis futuram exiſtimem;mihi vti proſpiciam,reticenda duco.Illud igitur ego quidem cenſeo; duplici ratione auxilium vos rebus ferre oportere; vt cùm Olynthijs oppida conſeruetis,militibus,id qui efficiant, mittendis;tum regiones illius triremibus,& militibus alteris vaſtetis:horũ aũt ſi alterũ neglexeritis;uereor ego,ne fruſtra exitũ captis armis omnino cognoſcatis:nã ſiue vos patrios eius fines va

ſta-

ſtaueritis;atq; id paſſus Olyntho potitus ille fuerit, domū reuerſus facilè veſtrum impetum repellet;ſeu, ſubſidio tā tum Olynthijs miſſo,cùm haud vllum creari domeſticis re bus periculum viderit; aſſederit bello gerendo,& adhæſe rit;obſeſſos eos temporis diuturnitate ſuperabit. Quocirca magnum vti ſit auxilium,& duplex neceſſe eſt:atq. hæc de auxilio quidē ſentio.Quod autē ad pecuniæ rationē attinet;eſt vobis,eſt ſanè Athenienſes, quanta fortaſſe non alij cuiquam omnino,ad adminiſtrandum bellum apta pecunia;ſed vos eam,vt libet,conſumitis.Hanc ergo ſi militibus tribueritis,nulla tributi acceſſione eſt opus; ſin minus; tributum accedere;quin potius omnem pecuniam vno tributo confici oportebit.Quid igitur,roget me quiſpiam,militarem illam tu eſſe pecuniam decernis?Minimè equidem me hercle: nam comparandos ego milites cenſeo, pecuniáq. eam eſſe militarē; vt ſit vnum atq. idem & accipiendæ pecuniæ, & gerendæ reip.inſtitutum: vos verò ſic neſcio quo modo nullis agendis rebus illam ad ſpectacula ſumitis.Quapropter id reſtat opinor;pecunias vt domo,ſi ſit multis opus, mnltas,ſin paucis,paucas quiq. conferatis:pecunia certè opus eſt;ſine qua planè fieri nihil boni poteſt. Proponunt autem & alias quaſdam conficiendæ alij pecuniæ rationes;ex quibus eam eligite maximè, quæ uobis utiliſſima uidetur fore;atq. dum tempus ad eam rem fert;rerum defenſionem ſcilicet ſuſcipite.Neq. uerò non eſt operæpretium,conſiderare,atq. reputare; qui ſit Philippo rerum in præsētia ſtatus:nec enim ut uidetur; utq. eſſe quis eum non ita acriter intuens affirmaret; eſt admodum commodus;aut quo nunc illi optimè res dent ſeſe: nec bellum ille unquam hoc mouiſſet;ſi decertandum ſibi putauiſſet. uerùm impetu ipſo euerſurum ſe omnia tum ſperauit;poſt euenire ſibi multo aliter intellexit.Hoc ergo primum,eius

opi-

opinionem quod fefellit;perturbat hominem , eiq. animũ uehemẽter adimit:tum res Theſſalorum; ſiquidem eæ fuerunt natura profectò , omniq. tempore omnibus hominibus infidæ:ac ferè quales eſſe conſueuerunt ; in præſentia quoq. huic ſunt.Itaq. illi Pagaſas ab eo repetere ſtatuerunt;Magneſiam muris cingere prohibuerunt;& uti ad me quidam detulere; portuum quoq.,atq. omnis fori fructus ei auferre decreuerunt:non enim ijs Philippum ditari,ſed Theſſalorum debere remp.adminiſtrari. At has ille pecunias ſi amiſerit;commeatus militibus comparatis præbendi copia in anguſtum illi admodum cõtrahetur . Iam Pæona certè,& Illyrium,illoſq. ad ſummam omnes exiſtimandum,ſuis legibus viuere libentius , atq. eſſe liberos , quàm ſeruos:cùm enim illi auſcultandi cuiquam inſueti; tum eſt homo,vt aiunt,contumelioſus; neq. id hercle forſitan incredibile;quandoquidem res ſtultis ad voluntatem nullo eorum merito fluentes cauſam deſipiendi præbẽt.Quocirca ſæpenumero parta bona conſeruare, quàm parere difficilius videtur.Illius ergo inopportunum tempus noſtram opportunitatem exiſtimare, & gerendas res aggredi alacriter debemus, cùm legationibus,quibus de rebus oporteat,obeundis tum ſubeundis militiæ laboribus;tum etiam alijs omnibus cohortandis;id cogitantes,qua contentione Philippum in nos eſſe iturum arbitremini; huiuſmodi contra nos ei ſi daretur occaſio , bellumq. noſtris in finibus quodpiam oriretur. At non putidum eſt; quæ , ſi is poſſet , vos ferre incommoda cogeremini ; ne ijs quidem nactos occaſionem vos eum afficere audere ? Quamobrem illud quoq. vos Athenienſes,ne prætereat; nunc eã vobis optionem dari;volne illic,an hìc ille bellum apud vos gerat:propterea quòd ſi Olynthiorum ciuitas reſtiterit;imperio Philippi bellũ vos inferetis ; eiuſq. vaſtabitis regiones, ex hac

veſtra,

ueſtra,quæ nunc vobis eſt;fructus omnes nullo turbati me tu capientes;ſin res illas Philipus occuparit;quis eum poſt huc ire prohibebit? Thebani? ne ſit hoc dictu nimiũ acer bum; ſocios illi ſeſe alacriter ad impetum in nos faciendũ etiã adiungẽt:at Phocenſes?qui ne ſuã quidẽ regionẽ ſine veſtro auxilio tueri poſſunt:an alius quiſpiã? At heus tu,nolet ſanè.Mirandũ tamẽ illud quidẽ ſit; ſi quæ nunc ille ineptus in eo cùm videtur;nihilominus prædicat,& iactat;ea; ſi quando poterit;non efficiet.Iam id quantum interſit, hìc ne,an illic bellum geratur;orationem ne deſiderare quidem puto:nam ſi triginta dies vos ipſi,non amplius in alienis finibus belli cauſa eſſe cogeremini; cùm in veſtris interea nullus inquã hoſtis omnino eſſet; & quibus opus eſſet exercitui,veſtris ea ex agris ſumeretis;plus,vt opinor,dãni aratores facerent; quàm quantum in præteritum bellũ omne impenſum eſt:ſin autem planè bellum aliquod inuaſerit;quàm illud multa allaturum eſſe detrimenta exiſtimãdum eſt?atq. accedet eò contumelia, reiq. publicæ dedecus;quod benè ſanis quidem nullo detrimento minus moleſtum eſt.Quare hæc ita eſſe omnia cùm intelligatis;omnes conatum omnem adhibere,atq. illuc pro ſua quiſq.parte ſanè bellum propellere debetis;diuites quidem,vti perexiguam pecuniam cùm impenderint, quas rebus benè cedentibus magnas opes poſſident,conſeruent; atq. vt ijs,reliqua quæ fient; omni amoto metu pefruantur: qui verò ſuam per ætatem poſſunt;vti bellandi vſum in Philippi finibus adepti formidabiles ſint intacti ſoli patrij defenſores: deniq; oratores; vt rerum publicè adminiſtratarum rationes relatu ſibi faciles reddantur:quales enim poſtemò res vos circũſteterint; tales rerum geſtarum ijs iudices eritis. Vtinam autem omnium quidem cauſa optima eueniant.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACAE SECVNDAE Orationis Argumentum

A STEPHANO CAROLO conſcriptum.

ADMISSA quidem ab Athenienſibus, atq. audita legatio Olynthiorum, decretumq. ſubſidium etiam fuerat: cùm autem exire morarentur, Philippumq. metuerent; uti qui cum haud quaquam ſinepernicie contenderetur; Demoſthenes addere popolo animum conatus ſuaſit, vt iam ad bellum omni ſtudio data occaſione incumberent.

DEMOSTHENI

præcipuè propoſitæ ſecunda in Olynthiaca oratione ſententiæ

A STEPHANO CAROLO

excerptæ:

Vna quæſtionis

Athenienſibus Olynthij non ſunt deſerendi:

Totius autem orationis hæ:

NISI videmus; ignauius, quàm res oblatæ, nobis conſuluiſſe ipſi exiſtimabimur.

Prætermittenda illa cohortationis eſt ratio, qua Philippi potẽtia enarretur; ea ſunt commemoranda, quæ & audiſſe vobis vtiliſſi-

liſſimum erit; & magna in illum probra continere videbuntur.

Dant Philippi res magnam occaſionem.

At vires tenebit.

Cùm auxilium Olynthijs quamcelerrimè, quamq. optimè ferendum; tum ad Theſſalos mittēda legatio, quæ partium illarum alteris ipſa hæc nunciet; alteros exacuat.

Videndum illud eſt; ne verba modò noſtri legati nunciēt; ſed vos exiſſe domo; ac iā res gerere poſſint oſtēdere.

Concitationem vehementem, & magnam mutationē oſtendere vos oportet; pecuniæ quod cuiq. obtigerit, contribuendo, domo exeundo, & alacriter omnia faciendo.

Philippus ſi quò offenderit; omnia tunc incommoda aperientur.

Qui non bello Philippum ſine metu, vt fortunatum, laceſſendum cenſet; is vtitur hominis iudicio ſanè ſobrij; nihilo tamen minus, optio ſi detur; noſtræ ciuitatis fortuna, modò vt ipſi vel paululum eſſe in officio velimus; fortunæ illius videtur præferenda: neq. illud mirandum, ab eo nos ita ſuperari, contràq. mirandum eſſet, ſi nos eſſemus omnino ſuperiores.

Vos reliquæ Græciæ iura & ſumptibus, & periculis veſtris tutatos eſſe, veſtras autem res ipſas negligere; ac neminē ueſtrum videri, poſſe cogitatione complecti, quamdiu vobis bellum ſit cum Philippo; & quid interea dum tēpus id omne præterijt, vos geratis; hæc miranda ſunt.

Illud ſperare, vt quæ actiones remp. perdiderunt; ab illis ipſis ea reſtituatur; hominūm incogitantium eſt.

Contribuenda pecunia eſt; vobis exeundum ipſis alacriter; nemo accuſandus prius, quàm rerum tandem potiamini; tunc autem geſtis eſt ipſis e rebus iudicandum; & ij quidem, qui laudem ſint meriti, cohoneſtandi; qui verò ab

officio

officio diſceſſerint, multandi; excuſationesq. tollēdæ ſunt; atq. ne quid ſteriſſe per uos videatur, contendendum.

Hoc quidē bellum omnes à vobis miſſi imperatores fugiunt;ad aliaq. ſe, quæ offeruntur, bella conferunt.

Vniuerſi pro ſuo quiſq. cenſu pecunias, eſt opus, vt contribuatis;omnes deinceps domo exeatis; dū ſua quiſq. militiæ munera obeat; dicendi facultatem cunctis adeuntibus detis;& ijs, quæ optima fuerint;non quæ hic, vel ille dixerit;parendum eſſe ſtatuatis.

E DEMOSTHENIS OLYNTHIACA SECVNDA ORATIONE ARGVMENTATIONES

A STEPHANO CAROLO excerptæ.

Quæſtionis argumentationes.

OLYNTHIOS deſerere Athenienſibus inutile eſt. Ergo Athenienſibus nõ ſunt deſerendi.

Amittitur præclara reip. optimè gerendæ data occaſio; ſi Olynthij deſerãtur. Itaq. Olynthios deſerere Athenienſibus inutile eſt.

Totius orationis argumentationes.

APparet id e propoſitis rebus, Deos eſſe propitios ciuitati: nec nos oppida ſolum, quæ antea tenebamus; verum etiam ſocios, & occaſiones à fortuna datas; quod turpiſſimum eſt; niſi videmus; prodidiſſe videbimur. Quare ignauius, quàm oblatæ res, nobis conſuluiſſe ipſi exiſtimabimur.

Diuinæ eſt benignitatis munus; quòd extiterint homines, qui cùm contra Philippum arma capere cogãtur, primũ ſint illi finitimi; aliquas deinde opes habeãt; poſtremò, id quod eſt etiam maximum; de bello ita ſentiant; vt omnẽ

ſe illi

ſe illi in gratiam reconciliandi rationem tum ſuſpicionis habere plurimũ;tũ eſſe perſpicuam patriæ euerſionem pu tent. Apparet ergo e propoſitis rebus, Deos eſſe propitios ciuitati:nec nos oppida ſolum, quæ antea tenebamus;verùm etiam ſocios,& occaſiones à fortuna datas;quod turpiſſimum eſt;niſi videmus;prodidiſſe videbimur.

Ad officium vos erga remp.Philippi potentia enarran da cohortari minimè conuenit:ſunt autem alia, quæ & au diuiſſe vobis vtiliſſimum erit, & magna videbuntur in illum probra rectè rem perpendentibus,continere.

Quapropter omittenda illa cohortationis eſt ratio;hæc autem ſanè ſunt commemoranda.

Hîc ea commemorare, quorum ille cauſa ſuis obæratis, qui veſtra in rep.ea procurarũt;gratiam;vos pœnas debe tis;ineptum eſt;& enarrare quæcunq. quis poſſet de poten tia Philippi,illius quidem omnia gloriæ ſtudium, veſtram verò in gerendis rebus negligentiam indicarent.Quamob rem ad officium vos erga remp.Philippi potentia enarrã da cohortari minimè conuenit.

Vt ille,quo res geſſit plures, quàm talẽ eſſe hominẽ ge ſturum quiſquam vnquam putaſſet; hoc apud omnes eſt admirabilior;ſic vos tanto dedecoris plus admiſiſtis; quan to remiſſiore, quàm par fuit,ſtudio res adminiſtratis. Quæ cunq. igitur narrare quis poſſet de potentia Philippi;illius quidem omnia gloriæ ſtudium, veſtram uerò in gerendis rebus negligentiam indicarent.

Hinc ortum eſt,non ipſius opera comparatum potentiæ illud incrementum. Quocirca eius cauſa ſuis ille obæratis,qui ueſtra in rep.illa procurarunt, gratiam;uos pœnas debetis.

Illum periurij, perfidiæq. arguere quis rerum omnium ab eo geſtarum teſtimonio cùm breuiter poteſt;tum duabus

bus de cauſis etiam utiliter. Quare alia ſunt, quæ & audiſſe uobis utiliſſimum erit; & magna uidebuntur in illum probra rectè rem perpendere uolentibus, continere.

Hac ratione ſi coarguatur; & malũ eſſe uirum, id quod res eſt, eum apparebit; & qui eum plus æquo, tanquam inſuperabilem omnino pertimeſcunt; omnes eundem doli rationes illas percurriſſe, quibus alios antea cùm falleret, tãtam ſibi imperij magnitudinem comparauit; atq. illi res iam ad extremas lineas deductas eſſe perſpicient. Illum ergo periurij, perfidiæq. arguere quis rerum omnium ab eo geſtarum teſtimonio cùm breuiter poteſt; tum duabus de cauſis etiam utiliter.

Non ille tantam ſibi iuſtis actionibus potentiam comparauit. Quamobrem neq. formidabilis, & malus.

Stultitiam eorum ille, quibus erat ignotus; ſingulorum ſemper decipiens, atq. arripiens ita uehementer ſuum auxit imperium. Quare non iuſtis ille actionibus tantam ſibi potentiam comparauit.

Noſtram quidem credulitatem ille Amphipoli, req. illa, de qua crebri rumores erant, pollicenda; Olynthiorum autem amicitiã Potidæa tradenda illis, nobis ſuis ſocijs auferẽda; Theſſalos etiam, Magneſiam ijs ſe daturum, ac bellum, quod eſſet cum Phocenſibus, ipſum eſſe geſturum affirmando, in fraudem illexit: nemo deniq. illo eſt vſus omnino, cui verba non dederit. Itaq. ille eorum ſtultitiã, quibus erat ignotus; ſingulorum ſemper decipiens, atq. arripiens ita vehementer ſuum auxit imperium.

Per quæ tantum ille in imperium aſcendit, per eadem deturbetur, ac præceps delabatur neceſſe eſt. Quapropter illi res iam ad extremam lineam ſunt deductæ.

Credebãt omnes antea; quoſcũq. ille in fidẽ recepiſſet, eorum illum rebus conſulturum; nunc ſua ipſe cauſa face

re

re omnia deprehenſus eſt. Per quæ igitur ille tantum in im perium aſcendit; per eadem vti deturbetur, ac præceps de labatur neceſſe eſt.

Vera profectò ea, quæ commemorata ſunt, reperien tur; & nec qui antehac decepti ſunt, fidem ſunt ei poſtea habituri; nec Theſſali in ſeruitutem indignè adducti non ſumma voluntate ſeruitutis iugum à ceruice repellerent. Dant igitur Philippi res magnam occaſionem.

At opportuna is loca, & portus, & eiuſmodi alia occu pauit. Quocirca vi res tenebit.

Res vi Philippus non tenebit: ac Theſſali Pagaſas ab eo repetere, & agere de Magneſia decreuerunt. Quamob rem cùm auxilium Olynthijs quamcelerrimè, quamq. optimè ferendum; tum ad Theſſalos mittēda Legatio, quæ partium illarum alteris ipſa hæc nunciet, alteros exacuat.

Cùm potentiam quis iniquitate, ſcelereq. parauerit; prima occaſio, paruaq. offenſio cuncta euertit, ac diſſipat. Itaq. ille res vi non tenebit.

Non poteſt id fieri, non poteſt; vti quiſquam iniurijs, per iurijs, & fallacijs firmam potentiam paret. Quapropter cùm potentiam quis iniquitate, ſcelereq. parauerit; pri ma occaſio, paruaq. offenſio cuncta euertit, ac diſſipat.

Actionum initia, quæq. in agendo prima ſtatuuntur; ve ra, atq. æqua eſſe oportet. Non poteſt ergo fieri, non po teſt; vt quiſquam iniurijs, periurijs, & fallacijs firmam po tentiam paret.

Quales domus, opinor, & nauis, & aliarum eiuſmodi re rum imæ partes; quæ ſint robuſtiſſimæ neceſſe eſt; talia ſint actionū initia oportet, quæq. in agendo prima ſtatuuntur. Quare actionum initia, quæq. in agendo prima ſtatuūtur, uera, atq. æqua eſſe oportet.

Noſtrorum ciuium ſermo, vbi res abſint, caſſum quid

&

& inane videri ſolet. Quamobrem eſt videndum, vti nō verba modo noſtri Legati nuncient; ſed vos exiſſe domo, ac iam res planè agere poſſint oſtendere.

Quo paratiores ad orationem ſumus, eo minus habetur orationi noſtræ fidei. Noſtrorum igitur ciuium ſermo, vbi res abſint, caſſum quid, & inane videri ſolet.

Si concitationem vehementem, & magnam mutationem oſtēderitis; non ſolum in auxiliis Philippi parum ineſſe firmitudinis apparebit; parumq. ijs illum poſſe confidere; ſed etiam in eius regno ipſo, atq. potentia malè affecta multa reperientur. Quapropter vehementem concitationem, magnamq. mutationem oſtendere vos oportet, pecuniæ quod cuiq. obtigerit, contribuendo, domo exeundo, & alacriter omnia faciendo.

Eſt aliquid omnino Macedonica potentia regnumq. ipſum acceſſionis vſu; ipſa uero per ſe firmi perpaulum, infirmi permultum habet. Itaq. in Philippi etiam regno, & potentia malè affecta multa reperientur.

Timotheo remp. adminiſtrante potentia Macedonica vſui cōtra Olynthios nobis alicui fuit; rurſumq. Olynthijs in Potidæā hoc tempore Theſſalis; & aduerſus tyrannicam domū, & quocunq. potētia quāuis parua acceſſerit; adiuuat omnia: ipſemet autem rebus ijs ipſis, quibus magnum quis virū eū exiſtimaret; bellis, & incurſonibus, infirmiorē etiam, quàm natura eſſet, eam ſibi reddidit. Quocirca eſt aliquid omnino potentia Macedonica, regnumq. ipſum acceſſionis uſu: ipſa uerò per ſe firmi perpaulum, infirmi permultum habet.

Non eadem Philippo, & ijs, qui in eius regno viuunt, probantur. Quapropter ipſemet rebus ijs ipſis, quibus magnum quis virum eum exiſtimaret, bellis, & incurſionibus, infirmiorem etiā, quàm natura eſſet, eā ſibi reddidit.

Ipſe

Ipſe quidem Philippus eſt gloriæ cupidus,eiusq. vnius ſtudio tenetur;& cùm ſuperiores Macedonię reges magnitudine rerum geſtarum omnes ſuperaſſe malit exiſtimari, quàm tutò,atq. in ocio uiuere; id ſtatuit, ſiquid ſibi negocijs adminiſtrandis, periculiſq. adeundis acciderit; firmo animo ferre:at illi eius quidē ſunt ambitionis expertes; aſſiduis uerò militiæ laboribus confecti,ægri, & miſeri uiuũt; quibus neq. ſuũ opus facere,neq́. proprias res curare liceat,neq. ſiqua, ut poſſunt,compararint, ijs uēditis pretiũ m cogere queant.Quamobrem non eadem Philippo, & ijs, qui in eius regno uiuunt;probantur.

Illi ſurſum deorſum ducuntur quotidie;atq. clauſi ſunt bello mercatus,quicunq. celebrari in eius finibus conſuerant. Aſſiduis ergo militiæ laboribus confecti ſunt; ac ſiqua,ut poſſunt,compararint; ijs uenditis pretium cogere nequeunt.

Virum,qui & erat illic diu commoratus, & nunquam mentiretur;ego audiui, de aduentitijs copijs Philippi cùm diceret, prædones, & aſſentatores,& eiuſmodi homines, qui ebrij ſaltent; & quæ ego uereor nominare; impudenter agant; frequentes eum circumſtare. Quamobrē aduentitiæ Philippi copiæ præſtantiores alijs quibuſlibet nihilo ſunt.

Narrabat ille,ſi quem inter eos Philippus bellandi peritum animaduerteret;ambitione adductum a ſe amouere: animo autem ſiquis moderato,aut æquo eſſet; ut illã quotidianã immoderatæ uitæ rationem,& ebrietates,& ſaltationes pati non poſſet;omnes eos contemni, ac nullo prorſus in numero eſſe: tum quos eiectos omnes hinc uoluerunt;ut omnium eorum, qui admiratione homines retinerent,petulantiſſimos;Calliam illum publicorum munerum miniſtrum,atq. illiuſmodi alios, qui riſum captent imitatio

ne,turpiaq. eius concitandi cauſa,in eos,qui adſunt,carmina confingant;hos caros habet;his familiariter utitur.Credendum eſt igitur prædones,& aſſentatores, & eiuſmodi homines,qui ebrij ſaltēt;& quæ ego uereor nominare,impudēter agant;frequentes eũ circũſtare:ac vera hæc ſunt; & magno prætereà ſunt indiciò,quale is ingenium habeat, & moribus quàm ſit prauis.

Studere ille Philippum aiebat,res omnes à ſe geſtas exiſtimari.Itaq. ſi quem inter eos Philippus bellandi peritum animaduertit;hunc à ſe amouet.

Summam hominis eſſe præter cætera ambitionem ille affirmabat. Quare ſtudet Philippus, res omnes a ſe geſtas exiſtimari.

Nunc res,opinor,feliciter geſtæ illius incommodis neſcio quo modo tenebras offundunt:& cùm ciuitates, tum tyranni dum procul a finibus bellum gerunt; ſi quibus incommodis laborant;ea multos latent; vbi verò in ipſos fines hoſtes inuaſerint;omnia retegũtur.Quapropter ſi quò Philippus offenderit;omnia tunc incommoda aperientur.

Vim ſanè eam ſecundæ res habent,eiuſmodi probra vt occulant, & quaſi vmbra inducta cerni ea minimè patiantur:idq. Philippus,ſi & Dijs ita viſum fuerit; & vos volueritis;oſtendet breui.Quamobrem res,opinor, feliciter geſtæ nunc illius incommodis neſcio quo modo tenebras offundunt.

Vt noſtris in corporibus, dum quis valet integris viribus;ſi cui quid læſi eſt partium ſingularum;id nihil ſentit;ſimul autem ac morbus inciderit aliquis; omnia mouentur; ſeu fracti, ſeu luxati, ſeu aliud genus læſi quidpiam fuerit; ſic ciuitatum, ac tyrannorum ratio ſe habet. Ergo cùm ciuitates,tum tyranni dum procul à finibus bellũ gerunt,ſi quibus incommodis laborant;ea multos latent; vbi

verò

verò in fines ipſos hoſtes inuaſerint;omnia reteguntur.

Sunt quidem res Philippo de imperio ſecundæ ; atq. multum fortuna, vel omnia potius humanis in rebus poteſt;multo autem nobis plura ſunt,quàm illi;quæ propitios reddere Deos queāt;ſed ſedemus,opinor,ac nihil agimus, omniaq. negligimus,quæ curanda ſunt ijs, quibus bellum eſt contra eum hominem, qui nihil ſuarum partium prætermittat:Ille autem militiæ incommoda,laboreſq. ipſe ferre,& omnibus rebus intereſſe, & nullum ceſſare tempus, nullam datam occaſionem amittere ſtatuit: nec fas eſt ceſſatorem ne amicis quidem hominibus,nedum Dijs oneris quidquam imponere. Quocirca qui bello Philippum non ſine metu,vti fortunatum laceſſendum cenſet;is vtitur hominis iudicio ſanè ſobrij;nihilo tamen minus, optio ſi detur;noſtræ ciuitatis fortuna; modò vt ipſi velimus vel paululum eſſe in officio;fortunæ illius videtur præferēda:neq. hoc mirum, ab eo nos ita ſuperari; contraq. mirandum eſſet;ſi nos eſſemus omnino ſuperiores.

Cūctatio nos quædam in diem differt. Sedemus igitur, atq. nihil agimus.

Suffragia ferimus;& numquid noui,percontamur.Quapropter cunctatio quædam nos in diem differt.

Cum Lacedemonijs vos quidem quondam vti Græciæ iura tueremini;ſigna contuliſtis ; & multa ſæpe vobis ipſis acquirere cùm liceret;nunquā voluiſtis ; ſed nequid ſuo alij de iure deperderent,veſtras ipſi pecunias tributis ferendis impendiſtis;& illos veſtris in bello periculis protexiſtis;nunc verò ueſtræ ipſæ ne res vobis auferantur, domo exire moramini;pecuniamq. uti conferatis,adduci nullo modo iam poteſtis:atq. alios quidem cùm omnes, tum ſingulos ſæpe ſeruaſtis;res autem veſtræ propriæ cùm pereant;deſidetis:huc accedit, quòd nemo veſtrum videtur

poſſe cogitatione complecti, quam diu nobis bellum eſt cum Philippo; & quid interea dum id tempus omne præterijt; vos egeritis. Quare hæc ſunt miranda.

Dum vos ceſſatis; dum alios quoſpiam veſtras acturos eſſe ſperatis partes; dum criminatione, iudicioq. inter vos contenditis; dum in ſpem aliquam rurſum adducimini; eadem, quæ nunc, omnia dum ferè facitis; tempus id omne præterijt. Quamobrem nemo veſtrum uidetur poſſe cogitatione complecti, quamdiu vobis bellum eſt cum Philippo, & quid interea, dum tempus id omne præterijt; uos egeritis.

Id nec ratio patitur, nec fert natura; vt quæ actiones remp. perdiderunt; ab illis ipſis ea reſtituatur. Quapropter id ſperare hominum incogitantium eſt.

Multo ſunt conſeruatu omnia faciliora, parta ubi iã fuerint; quàm comparatu. Id ergo nec ratio patitur, nec fert natura; ut quæ actiones remp. perdiderunt; ab illis ipſis ea reſtituatur.

Nunc veſtrum iam officium requiritur: nec ſeuerè is poteſt, quæ ab alijs acta ſint, quærere; qui primum in officio ipſe non fuerit. Sic igitur equidẽ cenſeo; contribuendam pecuniam eſſe; uobis exeundum ipſis alacriter; neminem accuſandum prius, quàm rerum tandem potiamini; tunc autem ex ipſis geſtis rebus iudicandum; atq. eos quidem, qui laudem ſint meriti; honeſtandos; qui verò ab officio diſceſſerint; eos eſſe mulctandos; tollendaſq.; excuſationes; & ne quid per uos ſtetiſſe uideatur, contendendum.

Quod quidem conſeruemus, nobis a bello nihil eſt relictum; parare autem aliquid nos oportet. Quocirca ueſtrũ ad id iam officiũ requiritur.

Veſtris imperatoribus utile eſt, bellum reip. præterire, atq. alia bella, quæ ſuo ipſi gerant conſilio; quærere. Qua-

re

re hoc quidem bellum omnes auobis miſſi imperatores fu giunt;atq.ſeſe ad alia,quæ offeruntur;bella conferunt.

In hoc præmia bello ipſi propoſita ueſtra ſunt; cùm illi pericula adeant, quos rebus uos gerendis præfeceritis; in alijs autem & periculorum eſt minus, & quæſtus eorum, quibus commiſſæ res fuerint,atq.imperatorũ ſunt proprij: at uobis id ſupereſt;inter uos uti contendatis,& diſſentiatis; & reſp.pereat. Itaq. ueſtris imperatoribus utile eſt, bellum reip. præterire,atq. alia bella, quæ ſuo ipſi gerant conſilio; quæ rere.

Amphipolis capta ſi fuerit; cõtinuò uos illam uobis uẽdicabitis; Lampſacum autem,ſigeum, & naues,quas prædantur;ſunt imperatorum.Quamobrem in hoc præmia bello ipſi propoſita ueſtra ſunt;in alijs quæſtus eorum, quibus commiſſæ res fuerint,& imperatorum proprij.

Illud uobis unum eſt reliquum,uti credendũ aliud alijs eſſe uideatur.Vobis ergo id ſupereſt;inter uos uti contendatis,& diſſentiatis;& reſp.pereat.

Vos ad rerum ipſarum ſtatũ quidem nõ optimum cùm reſpicitis; eos,qui præfuerunt, iudicio ſanè perſequimini; at uerò neceſſarias facta dicendi poteſtate cauſas cùm auditis;eoſdẽ deinde liberatis. Quapropter illud uobis unũ eſt reliquum,uti aliud alijs credendum uideatur.

Si uniuerſi pro ſuo quiſq. cenſu pecunias æquè contribueritis;ſi omnes deinceps domo exieritis,dum ſua quiſq. militiæ munera obeat; ſi cũctis adeuntibus dicẽdi facultatẽ dederitis;& parendũ ijs eſſe, quæ audita optima fuerint; nõ quæ ſcilicet hic,uel ille dixerit;ſtatueritis;tũ nõ eum modò cõtinuò,qui cõſiliũ dederit;ſed uos quoq. ipſos poſtea laudabitis,Quocirca opus eſt,ut uniuerſi pro ſuo quiſq. cenſu,pecunias contribuatis; omnes deinceps domo exeatis, dum ſua quiſq. militiæ munera obeat; cunctis adeuntibus

dicendi

dicendi facultatem detis;& ijs quæ audita optima fuerint; parendum eſſe ſtatuatis.

Id vos niſi feceritis, vt dicendæ ſententiæ, ineundi conſilij, reiq. publicæ gerẽdæ facultas cuiq. ſit communis; neq. vt nunc fit, alij veſtrum cæteris tamquam ex tyrannide imperent; alij triremibus præeſſe, pecunias contribuere, militare cogantur; alij tantum de capite horum ſuffragia ferant, neq. laborum vllam ſubeãt partem; nihil eorum, quæ ſuis à ciuibus reſp. poſtulat; effectum in tempore dabitur. Quare ſi vniuerſi pro ſuo quiſq. cenſu pecunias æquè cõtribueritis; ſi deinceps omnes domo exieritis, dũ ſua quiſq. militiæ munera obeat; ſi cunctis adeuntibus dicendi poteſtatem feceritis; & ijs, quæ audita optima fuerint; non quæ hic, vel ille dixerit; parendum eſſe ſtatueritis; tum non eum modo continuò, qui conſilium dederit; ſed vos quoque ipſos poſteà laudabitis.

Cum collapſæ reip. partes reſtituendæ ſunt, & vetus auctoritas veſtra vobis recuperanda; tum pars ciuitatis iniuſtis oneribus preſſa officio vbiq. deerit: deinde vobis id reſtabit, vt hos, non hoſtes ipſos vlciſcamini. Id facere igitur oportet, vt dicendæ ſententiæ, ineundi conſilij, reiq. publicæ gerendæ facultas cuiq. ſit communis.

Antea, res cùm ſeſe melius habebant; in pecunijs modò contribuendis cenſus ratio ſeruabatur; nunc autem ad reip. adminiſtrationem adhibetur. Ergo collapſæ reip. partes reſtituendæ, & vetus auctoritas veſtra vobis recuperanda eſt.

Nunc eſt orator idem, ac tribunus; & imperator conſequitur; & qui acclamaturi conueniant, illi trecenti; reliqui uerò quotquot eſtis, alij uos ad alios adiũgitis. Quare nũc cenſus ratio ad reip. adminiſtrationem adhibetur.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA SECVNDA ORATIO.

A STEPHANO CAROLO Latina facta.

MVLTIS quidem ex alijs, non minimè verò propoſitis e rebus Atheniẽſes,quemadmodum ego arbitror,apparet, Deos eſſe propitios ciuitati : quandoquidem diuinæ profectò benignitatis id munus, quòd extiterint homines,qui cùm contra Philippum arma capere cogantur;primum ſint illi finitimi; deinde opes aliquas habeant; poſtremò,quòd eſt etiam omnium maximum ;ita de ipſo bello ſentiāt,vt omnem ei ſeſe in gratiam reconciliandi rationem tum ſuſpicionis habere plurimum, tum eſſe perſpicuam patriæ euerſionem putent. Quare nobis iam id Athenienſes conſiderandum eſt;vt ne nobis ignauius, quā oblatæ res,ipſi conſuluiſſe exiſtimemur : non enim ſolùm oppida,quæ antea tenebamus;verū etiā ſocios uidebimur, &occaſiones à fortuna datas;id quod eſt ſanè turpè,vel turpiſſimū potius;prodidiſſe. Quocirca ea vos oratione Athenienſes,quæ Philippi potentiam complectatur ; ad officiū in ipſam remp.cohortari,haud equidem arbitror conuenire.Quid ita? propterea quòd quæ his de rebus narrare quis poſſet ; illius quidem omnia gloriæ ſtudium, opinor; veſtram verò in gerendis rebus negligentiam indicarent nam quemadmodum illle,quo res geſſit plures, quàm talem quiſquam hominem geſturum eſſe vnquam putauiſ-

ſet;hoc apud omnes eſt admirabilior;ſic tanto vos dedecoris plus admiſiſtis;quanto remiſſiore,quàm par fuit,ſtudio res adminiſtraſtis.Quapropter ea equidem omittam:etenim ſi pro veritate Athenienſes,res ipſa ſpectetur;hinc ortum eſſe, non ipſius opera comparatum incrementum ſanè illud potētiæ percipiatur.Hîc igitur ea memorare,quorum cauſa ille ſuis obæratis, qui veſtra in rep.ea procurarunt;gratiam; pœnas vos iure debetis;ineptum puto: quæ verò his relictis audiſſe vos & licet, & vtiliſſimum eſt,& magna rectè rem perpendere uolentibus videbuntur in illum Athenienſes probra continere ; hæc uobis ego aggrediar explicare.Periurum ergo,ac perfidum illum ſi appellem , vt rebus ita geſtis non addicam ; inane ſanè quis eſſe conuicium iure dixerit; rerum autem ab eo geſtarum omnium teſtimonio hominem coarguere , cùm res ipſa dat,breuiter ut poſſim;tum duabus de cauſis etiam utiliter me id puto eſſe facturun ; uti & malum eſſe ; id quod res eſt;uitum eum appareat:& qui plus æquo tamquam inſuperabilem omnino,Philippum pertimeſcunt, omnes eum illas doli rationes percurriſſe,quibus alios antea cùm fallerct, tantam nunc ſibi imperii magnitudinem comparauit ; atq. illi deductas ad extremas lineas res iam eſſe, perſpiciant: nam ipſe quoq. eſſe formidabilē Athenienſes, atq. admirabilem Philippum exiſtimarem ; ſi iuſtis actionibus tantam eum ſibi comparaſſe potentiam uidiſſem:nunc autem cùm animaduerto,intentiſq. oculis intueor,id apertè perſpicio,noſtram quidem illum credulitatem initio, quo tempore Olynthios hoc ipſo e loco uerba ad vos facere cupientes quidam exturbarunt;Amphipolim ſe nobis redditurum;indictamq. rem illam , de qua rumores ita crebri erant;confecturum cùm polliceretur ; ea pollicitatione in fraudem illexiſſe : Olynthiorum autem amicitiam deinde

Potidæa, quæ noſtra eſſet, tradenda illis, nobis cum iniuria ſuis prioribus ſocijs, auferenda: Theſſalos nunc etiam poſtremò Magneſiam ſe daturum;ac bellum, cum Phocenſibus quod ijs eſſet, ipſum eſſe geſturum affirmando: nemo deniq. illo eſt vſus omnino,cui verba non dederit; ſtultitiam enim eorum cuiuſq. ſemper, quibus erat ignotus ille decipiens, & arripiens ita vehementer auxit imperiũ. Quemadmoduum igitur ille per has res tantum in imperium aſcendit;cùm credebant omnes; quoſcunq. in fidem recepiſſet,eorum illum rebus conſulturum; ita poſteaquã ſua ipſe cauſa facere omnia deprehenſus eſt; vti per eaſdẽ deturbetur,ac præceps delabatur neceſſe eſt. Quapropter hanc planè Philippi res occaſionem dant; vel huc adeat aliquis;mihiq., vel potius vobis id declaret; aut non vera hæc eſſe,quæ commemoro; aut qui antehac decepti ſunt; hos ei poſt fidem habituros;aut etiam id,Theſſalos in ſeruitutem indignè adductos non ſumma voluntate ſeruitutis iugum nunc eſſe à ceruicibus repulſuros.Si quis veſtrũ tamen hæc quidem etiam ita eſſe exiſtimat, quòd autẽ opportuna loca,& portus,& eiuſmodi alia occupauit; res eũ vi putat retenturum;non rectè putat: nam imperium quidem beneuolentia cùm adiungitur; & quibus commune ſit bellum,eadem omnibus vſui ſunt; & ſocij ſunt laborũ, & aduerſas res ferunt,& in fide homines libenter manent: ſi quis autem;id quod ille fecit;potentiam iniquitate,ſcelereq. parauerit; prima occaſio, paruaq. offenſio cuncta euertit,ac diſſipat:non enim fieri Athenienſes poteſt, non poteſt;vti firmam potentiam periurijs, atq. fallacijs quiſquam paret;ſed exiguum quidem,ac breue ad tempus res eiuſmodi vigent; & vehementer hominum ſpe vt floruerint; fieri ſanè etiam poteſt:ipſa autem die cuiuſmodi ſint, deprehenduntur; & circum ſe decidunt: vt enim domus,

& nauis opinor,& aliarum eiuſmodi rerum imas partes ro buſtiſſimas eſſe neceſſe eſt;ita vera,& æqua oportet eſſe actionum initia,quæq. in agendo prima ſtatuuntur.At id in rebus à Philippo geſtis nunc non ineſt.Quare cùm ego ferendum auxilium Olynthijs cenſeo ;idq. vt quiſq. ſuadet celerrimè,atq. optimè faciendum;ita mihi maximè probatur:tum mittendam ad Theſſalos Legationem, quæ partium illarum alteris ipſa hæc nunciet;alteros exacuat: nũc enim & ab eo Pagaſas repetere, & agere de Magneſia decreuerunt. Videndum tamen vobis Athenienſes, vti non verba modò noſtri Legati nuncient;verùm effectum aliquid iam eſſe,& vos pro reip.dignitate exiſſe domo,atq. iã res gerere,poſſint oſtendere:propterea quòd omnis quidẽ ſermo ;noſtrorum autem ciuium uel maximè ; vbi res abſint;caſſum quid,& inane videri ſolet:nam quo paratiores ad orationem ſumus;eo noſtræ orationi minus fidei habetur.Sed vehementem opus eſt concitationem & magnam mutationem oſtendatis;quod pecuniæ cuiq. obtigerit, con tribuendo , domo exeundo , alacriter omnia faciendo ; ſi quis ad vos animum aduertet:atq. ſi hæc exequi,vt decet, reſq. ipſa poſtulat,uolueritis ; non ſolum Philippi auxilijs Athenienſes parum ineſſe firmitudinis apparebit, parũq. ijs illum poſſe confidere;ſed etiam in ipſo eius regno, atq. potentia malè affecta multa reperientur: eſt enim Macedonica potentia,regnumq. ipſum aliquid ſanè omninò acceſſionis vſu;quemadmodum olim Timotheo remp. admi niſtrante cõtra ipſos Olynthios nobis fuit; rurſumq. Olyn thijs in Potidæam viſa eſt eſſe quidpiam illa coniunctio;& aduerſum tyrannicam domum hoc tempore Theſſalis laborãtibus,& ſeditione vexatis,ac perturbatis auxilio fuit & quocunq. opinor quamuis parua potentia acceſſerit,cũcta adiuuat:ipſa uerò per ſe perpaulum firmi,iufirmi per-

mul-

multum habet:propterea quòd ipſemet quoq. quibus rebus omnibus quis eum magnum virũ eſſe exiſtimaret; bellis,& incurſionibus infirmiorem ſibi etiam eam,quàm natura eſſet,reddidit:id enim ne exiſtimate Athenienſes,Philippo,atq. ijs,qui in eius regno viuunt,eadẽ probari: quin ipſe quidem eſt gloriæ cupidus Philippus,eiuſq. vnius ſtudio tenetur; & cùm ſuperiores Macedoniæ reges rerum geſtarum magnitudine omnes ſuperaſſe malit exiſtimari, quàm tntò,atq. in ocio viuere;id ſtatuit; ſiquid ſibi negocijs adminiſtrandis,adeundiſq. periculis accidat; firmo animo ferre:at illi eius quidem ſunt ambitionis expertes; aſſiduis verò militiæ laboribus confecti, cùm quotidie ſursũ, deorſum ducantur; ægri, atq. miſeri viuunt; quibus neq. ſuũ opus facere,neq. curare res proprias liceat;nec ſi qua, vti poſſunt,compararint;pretium ijs diuenditis cogere ſanè queant;propterea quòd bello clauſi ſunt mercatus,quicunq. celebrari in eius finibus conſuerant. Itaq. Macedones quidem pleriq. omnes quo animo ſint in Philippum, perfacilè intelligi ex his poteſt:qui vero eum auxiliarij milites, ſatelliteſq. frequentes circumſtant; admirabiles illi quidem eſſe,atq. tamquam compoſiti ſcientia rei militaris perhibentur;ſed quantum narrare ego audiui virum, qui & illic perdiu commoratus eſſet; & nunquam mẽtiretur; nihilo ſunt alijs quibuſlibet præſtantiores: ſi quem enim Philippus inter eos bellandi, decertandiq. peritum animaduertat;eum ambitione adductum à ſeſe illiuſmodi homines amouere;cùm ſtudeat res omnesà ſe vno geſtas exiſtimari:ſummã eſſe enim etiam præter cætera ambitionem hominis affirmabat:ſi quis autem ſit animo moderato, aut æquo alioqui; vt quotidianã illam immoderatæ vitæ rationem,ebrietates,& ſaltationes perpeti nequeat; omnes eos contemni,ac nullo in numero planè eſſe. Prædones ergo,

& aſſentatores, & eiuſmodi homines, qui ebrij ſaltēt; & quæ ego vereor nominare: impudēter agāt;eſſe reliquos, eumq. frequentes circumſtare. Hæc autem eſſe vera perſpicuum eſt;quos enim hinc eiectos omnes uoluerunt,tāquam eorum omnium petulantiſſimos, qui admiratione homines retinerent; Calliam illum publicorum munerum miniſtrum, atq. illiuſmodi alios, qui imitatione riſum captant,turpiaq. eius concitandi cauſa in eos,qui adſunt;carmina confingunt;hos ille ſanè etiam caros habet;his familiariter vtitur. Atqui hæc tametſi parua cuipiam videtur; magno Athenienſes indicio ſunt, quale ille ingenium habeat; & moribus quàm ſit prauis; ſi quis rectè conſideret: ſed nunc res ipſæ feliciter geſtæ illis,opinor, incommodis neſcio quo modo tenebras offundunt: vim enim ſanè eam ſecundæ res habent,eiuſmodi probra vt occulant;& quaſi vmbra quadam inducenda cerni ea minime patiantur: ſi quò autem offenderit;quæ illi ſunt, planè omnia tunc aperientur:atq. id breui; vt equidem arbitror; oſtendet; ſi & Dijs ita viſum fuerit;& uos uolueritis:nam quemadmodū noſtris in corporibus; dum integris viribus quis valet; ſi quid eſt læſi partium ſingularum;id nihil ſentit; ſimul autem,ac morbus inciderit aliquis;omnia mouentur; ſeu fracti,ſeu luxati,ſeu aliud genus læſi quidpiam fuerit; ſic ciuitatum, atq. tyrannorum ratio ſeſe habet; vt dum procul à finibus bellum gerunt; ſi quibus incommodis laborant; ea fugiant multos; at vbi hoſtes in fines inuaſerint; omnia retegātur.Siquis autem veſtrum Athenienſes Philippum, quia fortunatum videat; ea de cauſa bello haud ſine metu laceſſendum cēſet;is vtitur hominis iudicio ſanè ſobrij:propterea quòd multum habet ponderis fortuna; vel potius vna humanis omnia in rebus poteſt: nihilo tamen minus; optio ſi detur; noſtræ ciuitatis fortunam; modò ut ipſi vel pau-

paululum eſſe in officio velimus; fortunæ illius equidē an teferam;etenim uobis eſſe multo plura uideo, quàm illi; quæ propitios reddere Deos poſſint: ſed ſedemus opinor, ac nihil agimus; ceſſantem autem nequaquam fas eſt, ne amicis quidem hominibus, ne dum Dijs oneris, quod ſuſcipiant ſua cauſa; quicquam imponere. Nihil igitur mirum, incommoda militiæ, laboreſq. ferre, & rebus ipſe omnibus intereſſe, & nullum ceſſare tempus, nullam datā occaſionem amittere cùm ſtatuerit; ab illo nos, dum cunctamur; dum ſuffragia ferimus; dum numquid ſit noui, percontamur; ita ſuperari; non illud ſanè equidem miror: contra verò mirandum planè eſſet; ſi nos cùm ea omnia negligamus, quæ curanda ſunt ijs diligentiſſimè, quibus contra hominem bellum eſt, qui ſuarum haud quidquam omnino partium prætermittat; ſuperiores eſſemus: ſed ego id demiror; quòd cum Lacedæmonijs vos quidem, vt Græciæ iura tueremini, ſigna Athenieſes quōdam cōtuliſtis; & multa vobis ipſis acquirere ſæpe cùm liceret; nunquā uoluiſtis; ſed ut alij nequid ſuo de iure deperderent, veſtras ipſi pecunias tributis ferendis impendiſtis; veſtriſq. illos in bello periculis protexiſtis: nunc uero ueſtræ ne uobis res ipſæ auferātur; domo exire moramini; pecuniamq. vt cōtribuatis adduci nullo modo iam poteſtis: & alios quidem cùm omnes, tū ſingulos ſæpe ſeruauiſtis; res autē ueſtræ propriæ cùm pereant; deſidetis. Hæc ego demiror, atq. illa etiā præterea; quòd nemo veſtrum id videtur poſſe cogitatione complecti; quamdiu uobis bellū ſit cum Philippo; & quid interea, dum tempus id omne prætérijt; vos egeritis: illud enim profectò uobis clam non eſt; dū uós ceſſatis; dū alios quoſpiam ueſtras acturos eſſe ſperatis partes; dum criminatione, iudicioq. inter uos, contenditis; dum in ſpē rurſus aliquam adducimini; eadem, quæ nunc, omnia dum ferè facitis;

citis;tempus id prorſus omne præterijſſe. Ergo Athenienſes ita incogitantes eſtis, vti quæ actiones bono de ſtatu in malum remp. coniecerint; ab illis ipſis eam e malo in bonum reſtitutum iri confidatis. At illud certe nec ratio patitur, nec natura fert: quandoquidē ſunt cōſeruatu omnia naturaliter; parta ubi iam fuerint; quàm comparatu, lōge faciliora; uerùm quod conſeruemus in præſenti quidē nobis à bello nihil eſt relictum; parare autem aliquid nos oportet. Quamobrem ueſtrum ad id iam officium requiritur. Sic igitur equidem cenſeo; contribuendam pecuniam eſſe; uobis ipſis alacriter exeundum; neminem accuſandum prius, quàm rerum denique potiamini; tunc autem ex ipſis geſtis rebus iudicandum; atq. eos quidem, qui laudem ſint meriti; honeſtandos; qui uero ab officio diſceſſerint; eos eſſe mulctandos; excuſationeſq. tollendas; & ne quid uideatur per uos ſtetiſſe, quo minus fiat; contendendum: neq. enim poteſtis, quæ ab alijs acta ſint, ſeuerè quærere; niſi vos ipſi primum in officio fueritis; quam enim Athenienſes eſſe putatis cauſam, cur bellum hoc quidem omnes a uobis miſſi imperatores fugiant; alia uerò bella, quæ ſuo gerant ipſi cōſilio; querant? ſiquid eorū quoq., ad imperatores quæ pertineant; uerè explicandum eſt. In hoc præmia bello ipſi propoſita ueſtra ſunt: Amphipolis ſi maximè capta fuerit; vobis illā cōtinuò uendicabitis; cùm illi, quos uos rebus præfeceritis; pericula adeant; nec ſtipendium ſit ullum: in alijs autem & minus eſt periculorum, & quæſtus eorum eſt, quibus commiſſæ res fuerint; atq. imperatorum ſunt propria Lampſacū, Sigeum, & naues, quas prædantur: ergo ad ſuam quiſq. ſe utilitatem confert: uos contra ad ipſarum quidem rerum non optimum ſtatum cùm reſpicitis; eos, qui præfuerūt, iudicio ſanè perſequimini; at uerò cùm dicendi poteſtate fa-

cta

ſta cauſas neceſſarias auditis;eoſdem deinde liberatis. Vnũ igitur illud uobis reliquum eſt; ut dum credendum aliud alijs uidetur;inter uos contendatis,& diſſentiatis; res uerò publica pereat:namq. antea quidem cenſus ratio contribuendis in pecunijs modò ſeruabatur; nũc autem ad reip. adminiſtrationem adhibetur:atq. orator eſt idem,ac Tribunus;& eum conſequitur imperator; & acclamaturi qui cõueniant illi trecenti:reliqui uerò quotquot eſtis;alij uos ad alios adiungitis.Itaq. cùm collapſas has partes reip. reſtituere,tum ueſtram uobis ueterem auctoritatem recuperare planè uos oportet;illudq. efficere; uti facultas dicendæ ſententiæ,ineundi conſilij, reiq. publicæ gerendæ cuiq. ſit communis: ſin autem per uos fiet,ut ueſtrum alii tamquã ex tyrannide cæteris imperẽt;triremibus præeſſe,pecunias contribuere,militare alij cogantur; alij tantum de capite horum ſuffragia ferant, neq. laborum ullam ſubeant partem;nihil eorum uobis,quæ reſp.ſuis à ciuibus poſtulat, effectum in tempore dabitur:pars enim ciuitatis iniuſtis oneribus preſſa ubiq. officio deerit: deinde id uobis reſtabit,vt hos,non hoſtes ipſos ulciſcamini. Ad ſummã ipſe ſic equidem cenſeo; pecunias uti uniuerſi pro ſuo quiſq. cenſu contribuatis;omnes deinceps domo exeatis; dũ ſua quiſq. militiæ munera obeat; dicendi facultatem cunctis adeuntibus detis; & parendũ ijs eſſe,quę audita optima fuerint, non quæ ſcilicet hic,ille ue dixerit;ſtatuatis: atq. hæc ſi feceritis;non continuò tantummodò eum, qui conſilium dederit;ſed uos quoq. ipſos lõgè meliori totius ueſtræ reip. ſtatu poſtea laudabitis.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACAE TERTIAE

Orationis Argumentum

a Stephano Carolo conſcriptum.

SVBSIDIVM Athenienſes Olynthijs miſerant; & neſcio quid eo bene geſtum nunciatum fuerat. Itaq. ſeſe lætitia populus ef ferebat; atq. ad Philippum ulciſcendum oratores eum adhortabantur: at Demoſthenes ueritus, ne illi tanquam re prorſus confecta, & ſatis magno ſubſidio miſſo, ſibi præſidentes cætera curare omitterent; eorum exultantem ferocitatem hac oratione repreſſit; opem, atq. ſalutem ferẽdam eſſe ſocijs commonuit; de ſpectaculorum pecunijs egit apertius; ſuaſit, ut ſuos omnino maiores imitati ipſi militarent, eorum de curriculo deflexã conſuetudinem vti reuocarẽt, atq. popularium oratorum pernicioſam populo rationem reijcerent.

DEMOSTHENI

præcipuè propoſitæ tertia in Olynthiaca oratione ſententiæ

A STEPHANO CAROLO excerptæ:

Vna quæſtionis

Quod inſtituimus Olynthijs auxilium ferre, ab eo, minimè committendum eſt, vti alijs cogitationibus auocemur.

Totius autem orationis hæ:

QVI verba de Philippo vlciſcendo faciunt; in eo peccant, quòd vobis non rem eã, de qua deliberandum eſt; proponunt.

Oblata ipſa occaſio nunc, uti cùm maximè multum conſilij, magnamq. poſtulat cõſultationem.

Vos cenſeo, ſi liberè verba fecero; me feratis.

Occaſione vtendum; & res defendendæ; & nihil de rebus concedendum.

Siquid dixero, quod multis mirandum videatur; id vobis admirationem ne moueat.

Legiſlatores aliquos create; his autẽ legiſlatoribus nullam ferte legem; ſed quæ vobis incommodo hactenus fuerunt; eas antiquate.

Ad decretum id opus eſt, ut accedat; uti conſtituta quæ fuerint; al acriter exequi vos velitis.

Non eſt cuiuſpiam optima ſententia? exurgat alius, ac dicat; illum autem peccati ne inſimulet: proponit alius meliora? illa; quod fauſtè, ac feliciter eueniat; exequimini.

Si iucunda non ſunt, quæ proponuntur; iam ea non a proponente iniuria animaduertenda; niſi ſi cùm optandū uideretur; id fortè omiſit.

Siquis uobis quæ pertinent ad ſpectacula, poſſit non attingere; aliaſq. proponere militaris pecuniæ rationes; cōmodiorem eum eſſe aſſentior; ſi modò eſt quiſpiam.

Huiuſmodi ad ſuaſiones id permultum intereſt, quam unuſquiſq. afferat uoluntatem.

Hæc ita ſpectate, uti ipſæ quoq. res ferunt.

Non ego ueſtros ut offendam animos ingratis; hæc dicere ſtatui.

Magnam maiores iure felicitatem adepti ſunt; atq. nūc res haud ſimili ſunt in ſtatu.

Immutata reip. ratio horum incommodorum omnium cauſa eſt; & qua tunc optimè omnia ſe habebant, atq. in præſenti non optimè.

Hæc minimè mirarer, ſi mihi, qui expoſui; magis apud vos fraudi, quàm ijs ipſis eſſent; qui vt ita eſſent, effecerūt.

Emerendum haud equidem ſtipendium, ſed rerum omnium eūdem inſtituēdum ordinem cēſeo; cōmunium ut quiſq. rerum particeps, ubicunq. ſit opus; conſulere ibi reip. contendat.

Vos utinam id ſtatuatis, quod & ciuitati, & uobis uniuerſis commodo ſit futurum.

E DEMOSTHENIS OLYNTHIACA TERTIA ORATIONE

ARGVMENTATIONES A STEPHANO CAROLO excerptæ.

Quæſtionis argumentationes.

QVOD auxilium Olynthijs ferre inſtituimus, ab eo auocari cogitationibus alijs inutile eſt. Hoc igitur minimè committendum.

In hoc vno ſunt omnia. Quare quòd inſtituimus Olynthijs auxilium ferre, ab eo cogitationibus alijs auocari inutile eſt.

Totius orationis argumentationes.

NON eadem eſſe ſtatuenda equidem exiſtimo, cùm ad res ipſas reſpicio, & cùm eas cõſidero orationes, quas apud vos habitas audio. Quapropter de Philippo ulciſcendo uerba qui faciunt, nihil aliud peccant; niſi quòd non rem uobis, de qua deliberãdum eſt; proponũt.

Verba fieri quidem de Philippo ulciſcendo audio; res autem eò uideo adductas, ut proſpiciendum ſit, ne qua nobis calamitas ante afferatur. Non eadem igitur ſtatuenda equidem exiſtimo, &c.

Noui ego planiſſimè, potuiſſe olim ciuitatem & ſuas res

tutò retinere, & Philippum vlciſci; nunc tamen primum ſatis eſſe nobis hoc vnum credo, quod præ omnibus teneamus; ſociorum ſaluti ut conſulamus. Quamobrem ipſa oblata occaſio, vt cùm maximè, nunc multum conſilij, magnamq. poſtulat conſultationem.

Hæc vtraq. non ita pridem ſed mea memoria fuerunt; vt poſſet ciuitas & res ſuas retinere, & Philippum ulciſci: atq. vnum hoc firmiter ſi conſtituatur, vt ſocios ipſos conſeruemus; tunc & qua quis illum ratione pœnas dare cogat, licebit ſanè conſiderare. Quocirca noui ego planiſſimè &c.

Ante quàm rerum principia rectè ſubſtituta ſint, de extremis uerbum quodcunq. fiat, fruſtra fieri arbitror. Ergo vnum hoc firmiter ſi conſtituatur, vti ſocios ipſos conſeruemus, tunc & qua ratione illum pœnas dare quis cogat, licebit ſanè conſiderare.

Non illud mihi eſſe difficillimum uidetur, vt ſtatuatur, de propoſitis rebus quid ſuadendum ſit, verùm hoc eſt incertum, quibus id ipſum verbis apud vos explicetur: uobis autem id ſpectãdum eſt, num vera dicam, & ea gratia, meliora vti ſint, quæ reſtant: ac cernitis quemadmodum res nunc; dum oratores quidam vobis obſequi ſtudent; in incõmoda omnia ſint coniectæ. Vos igitur, ſi liberè uerba fecero; cenſeo, me feratis.

Induxi ego animũ ex ijs, quæ præſens, atq. audiẽs percepi, elapſas uobis pleraſq. e manibus res eſſe; non quia uos quidem id fugerit, quod fieri oporteret; ſed cognita quia facere nolueritis. Quare non illud mihi eſſe difficillimum uidetur, ut ſtatuatur, de propoſitis rebus quid ſuadendum ſit &c.

Vobis cùm illud eſt renunciatum à Philippo in Thracia Iunonium murum obſideri; triremes quadraginta tum

dedu-

deducere ſtatuiſtis,quas ij ciues conſcenderent, qui ultra quintum annum & quadrageſimum ætate nondum pro-uecti eſſent; & ſexaginta talenta contribuere: deinde cùm annus iam ille præterijſſet; Auguſto tandem menſe uix poſt myſteria Charidemum cum decem inanibus na-uibus,& quinq. talentis argenti in ipſo claſſis iam mitten-dæ tempore miſiſtis. Quapropter ego animum induxi ex ijs,quæ præſens, & audiens percepi &c.

Hìc ego neceſſariam paucarum rerum præteritarũ cõ-memorationem puto. Quocirca vobis cùm eſt renuncia-tum a Philippo in Thracia Iunonium murum obſideri &c.

Philippi morbus,ac mors cũ eſt etiã nũciata;ipſum mit-tendi tempus illud erat.Quamobrem claſſem in ipſo mittẽ di tempore non miſiſtis.

Philippi morbus,ac mors cùm eſt etiam nunciata;ſi tũc nos,qua decretum alacritate erat,eò latum auxilium veniſ ſemus;moleſtus in præſentia nobis non eſſet.Itaq. cùm Phi lippi nobis morbus,ac mors etiam nunciata eſt,ipſum mit-tendi tempus illud erat.

Tunc ſeruatus non eſſet Philippus. Quare nobis mole ſtus in præſentia non eſſet.

Et incidiſſe in morbum Philippum,& mortuum eſſe al-latum eſt. Quare Philippi morbus, ac mors etiam nun-ciata eſt.

Nunc occaſio ſe obtulit hæc, cuius etiam cauſa mentio nem harum rerum feci;ne uobis eueniãt eadem: & niſi res illas defenderitis; illa omnia conſilia veſtra imperatoria Philippo inita erunt: tum præterquàm quòd maximum in nos dedecus admittemus;de rebus ipſis quidquam ſi cõ ceſſerimus,nec periculi minimum futurum nobis eſſe pro ſpicio:ac rem huc euaſuram nobis ferè omnibus eſt aper-tum;ſi qua de rerum nunc agitur parte,eam deſertam eſſe

patia-

patiamur. Occaſione igitur vtendum, & res defendendæ, & nihil de rebus concedendum.

Bellum contra Philippum, quod optabamus, Olynthij ſuſceperunt; ac Thebanorum is eſt erga nos, quem noui-mus, animus; Phocenſes defecit pecunia iam dudum; neq. obſtat quicquam Philippo, quin vbi illas res; id quod nunc agit; euerterit: ad has ſeſe conuertat: ſi quis autem ueſtrum tempus illud ad res gerendas expectandum putat; is mala ſibi proxima optat cernere, ſibiq. aliunde auxilium quære re. Quocirca nũc occaſio ſeſe obtulit; & niſi res illas defen deritis; illa omnia conſilia veſtra imperatoria Philippo ini ta erunt &c.

At oportere quidem aliquis dicat, auxiliũ ferre, omnes nouimus; ac feremus; tu verò ipſius auxilij rationem ex-plicato. Siquid igitur dixero, quod multis mirandum uidea tur; id admirationem Athenienſes uobis ne moueat.

Satis vobis eſt legum; & quædam uobis incommodo ha ctenus fuerunt; quibus ſublatis vbi tutam optimis conſilijs viã patefeceritis; tum demum quæratur, qui ea, quæ nulli non videntur vtilia, ſua perſcribenda ſententia comple-ctatur; non antea: ac ſanè leges vt ijdem illi abrogent, qui tulerunt, cenſendum eſt. Quare legiſlatores aliquos crea-te; his autem legiſlatoribus nullam ferte legẽ; ſed quæ vo-bis incommodo hactenus fuerunt; eas antiquate.

Quæ leges ludorum rationem, ſpectaculorumq. com-plectuntur; atq. etiam quæ ad eos attinent; qui militatum abeunt, earum alteræ militiæ propria quæ ſunt, domi ma-nẽtibus ad ſpectacula diſtribuũt; alteræ ſi qui ſuum militã-di tempus obire neglexerunt; mittunt impunitos; atq. etiã ſi qui ad exequenda officij munera ſunt paratiores, eorum ſtudia reſtinguunt. Quapropter quædam leges incommo-do uobis hactenus fuerunt.

Nemi-

Neminem ſanè ante inuenietis. Quamobrem antequã tollãtur hæc; nequaquam hoc diſpiciendum eſt, quis nam uobis id ſuadeat.

Is, dum vobis optimè ſua ſententia conſulat; ſibi parare interitum ſtudeat; atq. illud unum aſſequatur, uti ipſe ſit ali cuius mali iniuria ſibi inferendi auctor; res verò non modò nihilo meliores fiant; ſed poſthac magis etiam, quàm ſit in præſentia; formidoloſam optimorum conſiliorum ratio nem efficiat: neq. prius quàm hæc correcta ſint; quẽquam tanti eſſe exiſtimate, qui ſi illis a legibus diſceſſerit; nõ det pœnas; nec ita amentem, vt ſe ipſe in malum ante oculos poſitum conijciat. Neminem ergo inuenietis.

Non eſt æquum, gratiam ijs eſſe, qui leges tunc illas pro mulgarunt, quæ totam læſit gratia ciuitatem: inuidiam ve rò, per quam vnam nobiſcum omnibus melius ageretur; ei pœnæ cauſam exiſtere, qui optimam ſententiam nunc dixerit. Quamobrem leges vt ijdem illi abrogent, qui tule runt; cenſendum eſt.

Præterea nihili eſt decretum; niſi illud acceſſerit, uti cõ ſtituta quæ fuerint; alacriter exequi vos velitis. Itaq. opus eſt, vt id accedat.

Si decretis ea vis adeſſet, ut aut uos poſſent ad ea, quæ veſtrum officium poſtulat, facienda compellere; aut id ip ſa efficere, quod ſtatuunt; neq. multis decretis pauca, uel nihil uos eorum potius faceretis; nec Philippus fuiſſet inſolenter iniurius ita diu. Quocirca nihili eſt decretum, niſi illud acceſſerit, &c.

Iam dudum Philippus per decreta pœnas ſuſcepiſſet: verùm non ita ſe res habet. Quamobrem ſi decretis ea uis adeſſet &c.

Cùm ſit ordine effectio rerum dictione, ac ſuffragatione poſterior; vi prior, ac potior reperitur: & adſunt cætera.

Qua-

Quapropter non ita ſe res habet; atq. hoc ne abſit curandum eſt.

Sunt apud vos, qui quæ res ipſa poſtulet, poſſint dicere; & acutius, quàm vos, nemo ea, quæ dicantur, nouit; & nihil nunc quidem vos impediet; ſi rectè agitis; quin perficiatis. Cætera ergo adſunt.

Quod tempus, quam ue occaſionem meliorem quæritis? aut quando nam quæ facere oportet; niſi nunc demũ facitis; facietis? Quare nihil nunc quidem uos impediet; ſi rectè agitis; quin perficiatis.

Nonne opportuna homo loca noſtra omnia occupauit? ac ſi regione illa quoq. potietur; turpiſſimum in nos dedecus admittemus? non quibus nos conſeruandis, bellum ſi ſuſcepiſſent, ſummam contentionem adhibituros polliciti ſumus; nunc ij ſuſceptum bellum gerunt? non hoſtis? non rerum noſtrarum eſt ereptor? non barbarus? non quidquid in eum grauius quis dicat? Quod igitur tempus, quamue occaſionem meliorem quæritis? &c.

Hæc ſi nos omnia neglexerimus, & compoſita illi ferè obiecerimus, tunc horum ciuitatis incommodorum auctores qui fuerint, exquiremus. Quocirca nunc non eſt cuiuſpiam optima ſententia? exurgat alius, ac dicat; illum autẽ peccati ne inſimulet: proponit alius meliora? illa, quod fauſtè, ac feliciter eueniat; exequimini.

Nos incommodorum auctores; id quidem ſcio; fuiſſe negabimus. Quare tunc horum ciuitatis incommodorum auctores qui fuerint, exquiremus.

Nec ſiqui bellicis periculis territi fugæ ſeſe mandarunt; eorum ſemet quiſquam accuſat; ſed & imperatorẽ; & eos, qui in acie ſecum ſteterint; & quẽuis alium potius iniuria. Quapropter nos incommodorum auctores fuiſſe negabimus.

At

At uicti tamen omnium eorum culpa ſunt, qui terga uerterũt. Quamobrem ſi qui bellicis periculis territi fugæ ſeſe mandarunt &c.

Conſiſtere licuit ei, qui calamitatis culpam transferre in alios conatur: atq. idem quiſq. ſi feciſſet, uictoriam ab hoſtibus reportaſſent. Itaq. victi ſunt eorum culpa omniũ, qui terga uerterunt.

Optare quidem a Dijs immortalibus facile eſt; ſtatuere verò, vbi ad deliberandum res aliquæ propoſitæ ſint; non æquè eſt in procliui. Quocirca iucũda ſi non ſunt, quæ proponuntur; iam ea non a proponente iniuria animaduertẽda; niſi ſi cùm optandum uideretur; id fortè omiſit.

Optanti illud per facile eſt, paucis complecti omnia, quæ cupiat; ſtatuenti autem ſumenda ſunt optima, & iucunda relinquenda; niſi retinere utraq. liceat. Quare optare quidem a Dijs immortalibus facile eſt &c.

Demiror ego, ſi cui uel unquam cõtigit, uel continget, vt cùm non neceſſarios, quæ ſibi ſint, in uſus erogauerit; in neceſſarios, quæ abſint, ſuppeditent. Siquis igitur poſſit, uobis ea, quæ pertinent ad ſpectacula, non attingere; aliaſq. proponere militaris pecuniæ rationes; commodiorem eũ eſſe aſſentior; ſi modo eſt quiſpiam.

Verùm ſe ipſum fallere omnium facillimum. Quapropter ad huiuſmodi ſuaſiones id permultum intereſt, opinor, quam vnuſquiſq. afferat uoluntatem.

Quod cupit, illud quiuis etiam opinatur. Quare ſe ipſum fallere omnium facillimum.

Rerum ſæpe non eſt ea natura, quam quis cupit: atq. ſi hæc ita ſpectaueritis, vti ipſæ quoq. res ferunt; & e finibus egredi poteritis, & ſtipendia ſuppetent. Hæc igitur ita ſpectate, uti ipſæ quoq. res ferunt.

Non id pudentes homines, atq. generoſos decet, relicta

inchoata aliqua belli parte, propterea quòd deſit pecunia, tam inſignes accipere in vos facilè cõtumelias; aut in Corinthios quidẽ, ac Megarẽſes captis armis cõtinuò excurrere; Philippum autem commeatus militibus præbendi difficultate Græcas in ſeruitutem adducere ciuitates pati. Quocirca ſi hæc ita ſpectabitis, vti ipſæ quoq. res ferũt; & e finibus egredi poteritis, & ſtipendia ſuppetent.

Non veſtrum ego odium quidem quæro, vbi nihil afferri commodi exiſtimem; ſed illud æqui eſſe ciuis cenſeo; res vti conſeruare magis, quàm dicendo gratificari ſtudeat. Ergo non veſtros ut offendam animos ingratis, hæc dicere ſtatui.

Non ſum ego demens, nec infelix. Non igitur odium ego veſtrum quæro.

Et qui noſtrorum maiorum memoria fuerunt, oratores equidem audio, hac ratione, atq. inſtituto reip. adminiſtrandæ vſos; quo autem ex tempore iſti oratores extiterunt; pro uoluptate, gratificationeq. præſenti reſp. propinata eſt; & huiuſmodi incommoda accidunt; & cum iſtis optimè, vobiſcum autem peſſimè agitur. Itaq. illud æqui eſſe ciuis cenſeo; res uti conſeruare magis, quàm dicendo gratificari ſtudeat.

Illi, quibus non gratificabantur oratores; annos primũ quinq. & quadraginta volentibus Græcis imperarũt; deinde in arcem amplius millia talentorum decem contulerũt; tum eam regionem qui tenebat, fuit illis ſubiectus, & obediens rex; præterea multa, & honeſta cùm ipſi militarent, terra, mariq. victores trophæa ſtatuerunt; uni deniq. omnium gloriam rebus geſtis partam omni ſuperiorem inuidia reliquerunt; in rebus autem proprijs ædificia publicè, atq. ornamenta talia, tamque multa conſtruxerunt, uti poſteris nulla ſuperãdi ratio ſit relicta: ac priuatim eorũ,

qui

qui tunc in rep. principes floruerunt, domus maiore nihilo, quàm vicina quæq., dignitate ædificata eſt: at nunc nos cùm poſſemus noſtra conſeruare omni a periculo liberata, & aliorum iura arbitratu noſtro conſtituere; noſtros ipſi agros amiſimus; amplius mille, & quingenta talenta nullo fructu impendimus; quos ſocios in bello nobis adiunkeramus, in pace, atq. ocio a ciuitate iſti abalienarunt; & hoſtem tanta potentia noſtram ad calamitatem nos inſtruximus: nec urbanæ res melius nunc ſe habent. Quamobrem ij magnam felicitatem iure adepti ſunt: atq. nūc res haud ſimili ſunt in ſtatu.

Spectare ſanè operæpretium eſt, quæ rerum quaſi capita commemorari & noſtræ, & maiorū memoriæ poſſint: neque principes illi reip. adminiſtrationē ſuum ipſi in quæſtū conferebant; ſed quiſq. ſibi ſemper commune augendum ſtatuebat; cùm iſtorum alij diuites e pauperrimis facti ſint; ex obſcuris alij nobiles euaſerint; priuatas quidam ſuas ædes publicis ampliores ædificijs conſtruxerint; & quanto ſtatus ciuitatis deterior, tanto iſtorum melior ſit factus. Quapropter illi, quibus non gratificabantur oratores, annos primum quinq. & quadraginta uolentibus Græcis imperarunt; deinde in arcem amplius millia talentorum decem contulerunt; tum eam regionem qui tenebat, fuit illis ſubiectus, & obediens rex; præterea multa & honeſta, cùm ipſi militarent, terra, mariq. uictores trophæa ſtatuerūt; uni deniq. omnium gloriā rebus geſtis partā omni ſuperiorē inuidia reliquerūt; proprijs autē in rebus ædificia publicè, atq. ornamēta talia, tamq. multa cōſtruxerūt, uti poſteris nulla ſuperandi ratio ſit relicta: ac priuatim eorū, qui tunc in rep. principes floruerūt, domus nihilo maiore, quàm uicina quæq., dignitate ædificata eſt: at nūc noſtros ipſi agros amiſimus, amplius mille, & quingēta talētā nullo

fructu impendimus;quos nobis in bello ſocios adiunxera-mus,in pace,atq. ocio à ciuitate iſti abalienarunt.

Magnam ſolitudinem iſti offenderunt. Quocirca poteramus noſtra cōſeruare ab omni periculo liberata, & alio rum iura arbitratu noſtro conſtituere.

Lacedæmonij iam perierant, Thebaniſq. a ſuis rebus nihil erat ocij,nec magnopere aliorum quiſquã nobis obſtare principatum petentibus audebat. Magnam igitur iſti ſolitudinem offenderunt.

Non aliunde, quàm ex ciuitate noſtra tantum collegit uirium Philippus. Quamobrem hoſtem nos tanta potētia noſtrām ad calamitatem inſtruximus.

Breuis,& vobis quidem erit aperta oratio. Quare ſpectare operæpretium eſt,quæ rerum quaſi capita & noſtræ, & maiorum memoriæ poſſint commemorari.

Non aliunde petitis,ſed hinc domo ſumptis vos exemplis poteſtis ad felicitatem excitari. Quapropter uobis quidem erit aperta oratio.

Quid autem quis proponat, quo res urbanæ melius ſe habeant?murorum ne quas dealbamus pinnas? quæ ſtrata viarum inſtauramus?fontes, & cloacas? Quocirca non ſi malè alia,vrbanæ res melius nunc ſe habent.

Ac principio quidem cùm populus ipſe militiam non reformidaret,gerendæ reip.quicunq. præfecti erant,ei parebant;eiuſq. vnius in poteſtate omnia bona erant;atq. id optatiſſimum putabatur,vt cæterorum cuiq. idem populus honoris,imperij, boni deniq. aliquid impertiret: nunc autem contra bona ſunt in eorum poteſtate,quibus adminiſtratio reip.commiſſa eſt;neq. niſi eorum ipſorum cōſilio quidquam agitur;vos populus eneruati, pecunijſq.,ac ſocijs ſpoliati famulorum planè,atq. additamenti cuiuſdam loco eſſe cœpiſtis;optatiſſimumq. id accidit;ſi ſpectaculo-

rum

rum pecunias modò vobis iſti diſtribuant; aut buculas ex præda aliquas mittant;quodq. eſt ſanè uiro indigniſſimum omnium,accedit.Quamobrem hæc eſt horum omnium incommodorum cauſa; & qua tunc optimè omnia ſe habebant,atq. in præſenti non optimè.

Veſtras res ipſas ijs uos acceptas refertis:ac vos in vrbe ſeptis murorum concluſos iſti ad res eas alliciunt, & manſuefactos tractatu faciles ſibi reddunt.Ergo id, quod eſt viro indigniſſimum omnium accedit.

Fieri haud quaquam id poteſt, vt actiones tenues,atq. humiles magnũ,ac iuuenilẽ ſpiritũ afferãt.Quare vos iſti in vrbe concluſos murorum ſeptis ad res eas alliciunt &c.

Qualia quiſq. ad ſtudia ſuum animum adiunxerit, talis ſit cuiq. ſpiritus neceſſe eſt. Quapropter fieri id haud quaquam poteſt &c.

Non ſemper omnibus de rebus apud vos dicendi eſt poteſtas:quin ego id quidem,quòd nũc quoq. fuerit, demiror.Hæc igitur minimè mirarer,ſi mihi,qui expoſui,magis apud vos fraudi,quã ijs ipſis eſsẽt,qui ut ita eſsẽt,effecerũt.

Iſtis a moribus decedendum eſt:ac ſi ocium datur;cùm maneas domi,multo melior es;qui nulla quicquam turpiter inopia facere cogaris;ſin caſus incidit aliquis;cuiuſmodi hic nunc interuenit;iſtis ipſis pecunijs ipſe cùm milites: ætate quoq. ſi quis eſt iam exacta; quam pecuniam nullo nunc ordine capiens nihil adiumenti affert; æquabili ordine eam capiat,ijs,quæ agenda ſint, omnibus inſpiciendis, & conſtituendis:atq. omnino equidem nec ablatis, nec additis,niſi admodum paucis,omnem ſuſtuli perturbationẽ; unum redegi in ordinem ciuitatem omnem fructus capiẽdi,militandi,iuris dicendi,& agendi, quod quiſq. per ætatem poteſt:cumq. quod ipſa poſtulet opportunitas,id ordine ego conſtituerim; haud uſquam dixi eorum facultates,

tes,reip.operam qui nauarent; eſſe nihil agentibus diſtribuendas;neq. ipſos quidem deſidere,ceſſare, animis pendere;auxilia uerò neſcio cuius ducis uictoriam eſſe conſecuta ad uos perferri.Quamobrem haud ſtipendium equidem emerendum verùm eundem rerum omnium ordinem eſſe inſtituendum cenſeo; communium ut quiſq. rerũ particeps ubicunq. ſit opus;cõſulere ibi reip. cõtendat.

Si vos nũc ſaltẽ demũ ab iſtis moribus deceſſeritis,ſi militiã,eaſq.actiones, ad quas veſtra uos dignitas cohortatur; nõ ſubterfugeritis,iſtas deniq. opes, quæ uobis domi sũt ſuperuacaneæ,ſi ad cõmoda foris cõparanda cõtuleritis;ſolidũ,atq. magnũ aliquod cõmodũ cõſequemini;& vos iſtiuſmodi lucellis exolueritis.Quare iſtis a morib.decedẽdũeſt.

Iſtiuſmodi quidem lucelli genus perſimile cibis ijs eſt, quibus ægrotos medici alendos curant. Quocirca ſi nunc ſaltem ab iſtis demum moribus deceſſeritis &c.

Vt illi cibi neq. uires afferunt,neq. tamen adimi vitam ſinunt; ſic iſta, quæ nunc diſtributa uos capitis; neque tam multa ſunt, vti in illis ſit commodi ſatis; nec ijdem per ea rurſus diffidẽtes aliud agere aliquid poteſtis; ſed iſta ſunt, deſidiam quæ veſtrum cuiuſq. alunt, atq. augent. Quapropter iſtiuſmodi lucelli genus perſimile cibis ijs eſt,quibus ægrotos medici alendos curant.

Non ego ei gratiam non habendam dico, qui boni aliquid ueſtra cauſa agat; ſed vt pro vobis ipſis ea ipſi quoque uos agatis cenſeo, quorum cauſa honoribus alios decoratis;neq.de eo dignitatis gradu cuiquã concedatis,quẽ, permagna uirtute,multiſq.periculis partũ veſtri vobis maiores reliquerũt.Itaq. ſi ociũ datur,cũ maneas domi,multo melior es;ꝗ nulla ꝗcquã turpiter inopia facere cogaris.&c. Expoſui ego ferè,quæ vtilia iudico.vos igĩt id utinã ſtatuatis,quod & ciuitati,& uobis uniuerſis cõmodo ſit futurum.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA TERTIA ORATIO.

A STEPHANO CAROLO Latina facta.

NON eadem Athenienſes eſſe ſtatuēda equidem exiſtimo;cum ad res ipſas reſpicio; & cùm eas cōſidero orationes,quas apud uos habitas audio: nam verba quidem fieri de Philippo audio ulciſcendo;res autem adductas eò uideo,ut proſpiciendum ſit, ne qua nobis calamitas ante aſſeratur.Quapropter de Philippo ulciſcendo uerba qui faciunt;nihil aliud peccant; niſi quòd non rem uobis,de qua deliberandum eſt,proponunt: noui autem ego planiſſimè,potuiſſe olim ciuitatem & ſuas res tutò retinere,& Philippum vlciſci; nō enim ita pridem hæc utraque; ſed mea memoria fuerunt: nunc tamen ſatis eſſe hoc unū nobis primum credo,quod præ omnibus teneamus;ſociorum ſaluti ut conſulamus:hoc enim unum firmiter ſi conſtituatur;tūc & qua illum ratione dare quis pœnas cogat, licebit ſanè conſiderare: uerùm antequàm rectè principia ſint rerum ſubſtituta;de extremis quodcunq. uerbum fiat, fruſtra fieri arbitror. Ipſa igitur oblata occaſio Athenienſes,ut cùm maximè,nunc multum conſilij, magnamq. poſtulat conſultationē:mihi uerò non illud difficillimū uidetur,uti ſtatuatur, de propoſitis rebus quid ſuadendum ſit; ſed hoc incertum eſt; quibus apud uos illud ipſum uerbis expli-

explicetur: induxi enim animũ ego ex ijs,quæ præſẽs,audiẽſq.ipſe percepi;pleraſq. res e manibus uobis elapſas eſſe non propterea quidem,quòd uos,quid oporteret fieri,præterierit; ſed quòd cognita facere nolueritis: vos autẽ,verba ſi liberè fecero;cenſeo,me feratis, illud ſpectantes, vera ne,atq. ea cauſa dicam,meliora vt ſint ea , quæ reſtant: nam cernitis,quemadmodum res nunc; dum oratores quidam vobis obſequi ſtudent;in incommoda omnia ſint coniectæ. Ac paucarum hîc ego præteritarum rerum commemorationem neceſſariam puto.Vobis Athenienſes;cùm renunciatum eſt,id quòd meminiſtis;tertium , aut quartum ab hinc annum a Philippo in Thracia Iunonium murũ obſideri; menſis tũc erat Septẽber; ac multa cùm dicerẽtur, turbæq. apud vos fierẽt; ſuffragijs latis triremes quadraginta deducere ſtatuiſtis,quas ciues ij conſcenderent , qui vltra quintum annum & quadrageſimum ætate nondum prouecti eſſent;ac ſexaginta talenta contribuere : deinde cùm annus iã ille præterijſſet,ac Iunius,Iulius, Auguſtus, hoc tandem vix menſe Charidemum decem cum inanibus nauibus , & quinq. talentis argenti poſt ipſa myſteria miſiſtis:namq. Philippi morbus,ac mors etiam ubi eſt nunciata;allatum ſanè enim vtrunq. eſt;nullum amplius ferẽdi auxilij tempus eſſe exiſtimaſtis ; claſſemq. Athenienſes mittere deſtitiſtis: at ipſum tẽpus id erat : quandoquidẽ ſi tũc eò latũ auxiliũ,qua decretum erat alacritate, veniſſemus;Philippus nobis tũc ſeruatus moleſtus in præſẽtia nõ eſſet. Atq. eo quidem tempore acta quæ ſunt, nullũ mutationi locum reliquerunt: nunc autem occaſio ſeſe obtulit; quænam?hæc , cuius cauſa etiam mentionem harum rerũ feci;ne vobis eueniant eadem. Quò igitur Atheniẽſes hac vtemur;niſi enim res illas quàm fieri poteſt maximè viribus omnibus defenderitis;quemadmodum omnia illa con

ſilia

ſilia veſtra imperatoria Philippo erunt inita, conſiderate. Erant Olynthij, quibus eſſet aliquid viriū; ac res hoc erant in ſtatu; neq. Philippus in eos inuadere, nec in Philippum ij facere impetum audebāt. Fecimus nos, atq. ij nobiſcum ipſi pacem: Philippo id tamquam obiectum quodpiam impedimentum, ac moleſtum fuit, magnam ſua tempora nobis reconciliatam ciuitatem obſeruare: bellum eſſe hominibus ſuſcipiendum omnino cenſuimus; & qua de re tū multus omnium ſermo fuit; nunc quidquid cauſæ fuerit, ea eſfecta eſt. Quo circa quid reliqui ſit Athenienſes, niſi ut magnis viribus, atq. alacri animo iam illis opē feramus; haud equidem video: nam præter quàm quòd maximum in nos dedecus admittemus; de rebus ipſis quidquam ſi conceſſerimus; nec periculi minimum futurum nobis eſſe proſpicio; cùm Thebanorum ſit is erga nos, quem nouimus, animus; pecunia Phocenſes iam dudum defecerit; neq. obſtet quidquam Philippo, quin ubi illas res, id quod nunc agit, euerterit; ad has ſe conuertat. Siquis autem veſtrum tempus illud ad res gerendas expectandnm putat; is mala ſibi proxima optat cernere; cùm liceat, alibi dum eueniūt, audire; ſibiq. aliunde auxilium quærere; cùm in præſenti auxiliari ipſe alijs poſſit: nimirum huc rem eſſe euaſurā nobis ferè omnibus eſt apertum; ſi, qua de rerum nunc agitur parte, eam deſertam eſſe patiemur. At oportere quidem auxilium ferre, omnes, dicat aliquis, nouimus; ac feremus: tu verò ipſius auxilij rationem explicato. Itaq. ſiquid dixero, quod multis mirandum videatur; vobis Athenienſes admirationem id ne moueat: Legiſlatores aliquos create: his autem legiſlatoribus nullam ferte legem; ſatis enim vobis eſt legum; ſed quæ vobis incommodo hactenus fuerunt, eas antiquate; illas ita inquam clarè, quæ ludorum, ac ſpectaculorum rationem complectuntur; atq. etiam quaſdam

quæ ad eos, qui militatum abeunt, attinent: quarum alteræ militiæ propria quæ ſunt, domi manentibus ad ipſa ſpecta cula diſtribuunt; alteræ verò, ſiqui militandi ſuum tempus obire neglexerunt, mittunt impunitos: atq. etiam ſi qui ad exequenda officij munera ſunt paratiores; eorum quoque ſtudia reſtinguunt. Hæc vbi ſuſtuleritis, tutamq. optimis cõ ſilijs viam patefeceritis; tum quæratur, qui ea, quæ nulli nõ vtilia videntur, ſua perſcribenda ſententia complectatur: ante verò, quàm hæc efficiatis; nequaquam id diſpiciendũ eſt, quiſnam, vobis optimè dum conſulit, interitum ſibi parare ſua ſententia ſtudeat: neminem enim inuenietis; præſertim cùm ſententiam illiuſmodi ſiquis dicat, ſcriptamue afferat; id vnum aſſequatur, vti ipſe ſit mali alicuius iniuriæ ſibi inferendi auctor; res verò non modò nihilo meliores fiant; ſed poſthac magis etiam, quàm ſit in præſenti, formidoloſam optimorum conſiliorum rationem efficiat. Ac ſanè leges ut ijdem illi abrogent, qui tulerũt; cenſendũ eſt: neq. enim eſt æquũ, gratiam ijs eſſe, qui leges tũc illas promulgarunt; quæ totam læſit gratia ciuitatem; inuidiam verò, per quam vnam nobiſcum omnibus melius ageretur; ei pœnæ cauſam exiſtere, qui optimam ſententiam nunc dixerit: prius autem, quàm hæc correcta ſint; neminem prorſus tanti Athenienſes eſſe apud vos exiſtimate, qui ſi illis à legibus diſceſſerit, impune ferat; neq. ita amentem, ut ſe ipſe in malum ante oculos poſitũ conijciat. Nõ tamen neq. illud profectò vos fugiat oportet; nihili eſſe decretum; niſi illud acceſſerit, vti conſtituta quæ fuerint, alacriter exequi vos velitis: nam ſi decretis ea vis adeſſet, vt aut uos poſſet ad ea, quæ veſtrum officium poſtulat, facienda compellere; aut id ipſa efficere, quod ſtatuunt; nec vos multis decretis pauca, vel nihil potius eorum faceretis; nec Philippus fuiſſet inſolenter iniurius ita diu: iam dudum enim pœnas

per

per decreta quidem ſuſcepiſſet:verùm enim non ita ſe res habet:nam cùm ordine ſit rerum effectio dictione, ac ſuffragatione poſterior;vi prior,ac potior reperitur.Quamobrem hoc ne abſit curandum eſt;cætera quando adſunt: etenim cùm apud vos ſunt,qui quæ res ipſa poſtulet, poſſint dicere;tum ea,quæ dicantur,acutius nemo,quàm vos, nouit;tum etiam nihil nunc quidem vos impediet; ſi rectè agitis;quin perficiatis:quod enim tempus,quam ue occaſionem hac ipſa meliorem Athenienſes quæritis? aut quando nam,quæ facere oportet;niſi nunc demum facitis;facietis? Nonne opportuna homo loca noſtra omnia occupauit?ac ſi regione illa quoq. potietur;turpiſſimum in nos decus admittemus?non quibus nos,bellum ſi ſuſcepiſſent, conſeruandis,ſummam contentionem adhibituros polliciti ſumus;nunc ij ſuſceptum bellum gerunt? non hoſtis?nō rerum noſtrarum eſt ereptor?non barbarus?non quidquid in eum grauius quis dicat? At nũ nam quæſo nos,hæc vbi omnia neglexerimus, & compoſita illi ferè obiecerimus; tunc horum ciuitatis incommodorum auctores qui fuerint,exquiremus?nos enim ipſos eorum auctores,id quidē ſcio,fuiſſe negabimus:nec enim ſi qui béllicis periculis territi fugæ ſeſe mandarunt;eorum ſemet quiſquam accuſat; ſed & imperatorem,& eos,qui in acie ſecum ſteterint, & quemuis alium potius:at victi tamen ſunt eorũ culpa omnium,qui terga verterunt: conſiſtere enim ei militi licuit, qui calamitatis culpā trāsferre in alios conatur: atq.idem quiſq.ſi feciſſet;victoriā ab hoſtibus reportaſſent.Nũc quoque cuiuſpiā sētētia nō eſt optima?exurgat alius,ac dicat; illũ aũt peccati ne inſimulet:proponit alius meliora? Illa, quod fauſtè,ac feliciter eueniat,exequimini: at iucũda nō ſunt:iā ea nō a proponente iniuria animaduertēda: niſi ſi cũ optandũ videretur,id fortè omiſit: nāq. optare quidē a

Dijs immortalibus facile eſt; cũ paucis, quæ cupias, omnia cõplectare: ſtatuere verò; vbi ad deliberãdũ res aliquæ propoſitæ ſint; nõ æquè eſt in procliui; ſed ſumẽda sũt optima; iucũda relinquenda; niſi retinere vtraq. liceat. Si quis autẽ ea nobis, quæ ad ſpectacula pertinẽt; poſſit non attingere; aliaſq. proponere militaris pecuniæ rationes, nõne cõmodior? dicat quiſpiã. Aſſẽtior equidẽ Athenienſes; ſi modò eſt quiſpiã: ſed id demiror, ſi cui vel cõtigit vnquã, uel continget; vt cũ quæ ſibi ſint, in vſus nõ neceſſarios erogauerit; in neceſſarios, quæ abſint, ſuppeditẽt: verũ ad huiuſmodi ſuaſiones illud permultũ intereſt opinor, quã vnuſquiſque afferat volũtatẽ. Quare ſe ipsũ fallere omnium facillimũ; quod enim cupit, illud quiuis etiã opinatur; rerũ autẽ nõ eſt ea ſæpe natura. Hæc igitur ita ſpectate Athenĩẽſes, uti ipſæ quoq. res ferunt; & e finibus egredi poteritis, & ſtipẽdia ſuppetẽt. Nõ id pudẽtes homines, atq. generoſos decet, relicta inchoata aliqua belli parte, propterea quòd deſit pecunia, facilè tam inſignes in uos contumelias accipere: aut in Corinthios quidẽ, ac Megarenſes captis armis cõtinuò excurrere; Philippum autẽ cõmeatus militibus præbẽdi difficultate Græcas in ſeruitutẽ adducere ciuitates pati: neq. ego vt ueſtros offenderẽ animos ingratis, hæc dicere ſtatui; non enim ita demens, nec infelix ſum; veſtrum uti odium quærã; vbi nihil afferri commodi exiſtimẽ: ſed illud æqui eſſe ciuis cenſeo, res uti cõſeruare magis, quàm dicẽdo gratificari ſtudeat: & qui maiorũ noſtrorum memoria fuerũt, oratores equidẽ audio, quemadmodũ uos quoq. fortaſſe, illos, quos ſummis quidem, quicunq. huc adeũt, celebrãt laudibus; nõ tamen magna admodũ contẽtione imitantur; hac ratione, atq. inſtituto reip. adminiſtrandæ uſos, Ariſtidẽ illum, Niciã, eum, qui fuit mihi ipſi cognominis, & Periclem: quo autẽ ex tempore oratores iſti extiterunt,

runt,qui uos ita rogãt; quid cupitis? quam ſentẽtiam perſcribã?quidnã ego uobis gratificabor?pro uoluptate,gratificationeq. præſenti reſp.propinata eſt; & huiuſmodi incõmoda accidũt:& optimè cũ iſtis; vobiſcũ autẽ vel peſſimè agitur. Atqui ſpectare operæpretiũ eſt, quæ rerũ quaſi capita & noſtræ,& maiorũ memoriæ poſſint cõmemorari: breuis autẽ erit,& vobis quidẽ aperta oratio:vos enim nõ aliũde petitis,ſed hinc domo ſumptis exemplis poteſtis ad felicitatẽ excitari.Quocirca illi, quibus oratores nõ gratificabãtur;neq. eos,quẽadmodũ uos iſti nũc,amabant;annos primũ quinq.& quadraginta uolentibus Græcis imperarũt:deinde in arcẽ amplius decẽ talẽtorũ millia cõtulerũt:tũ eã regionẽ qui tenebat,fuit illis ſubiectus & obediẽs rex;ſicuti decet barbarũ hominẽ Græcis: præterea multa, & honeſta,cũ ipſi militarẽt; terra mariq. uictores trophæa ſtatuerunt;uni deniq. omniũ omni ſuperiorẽ inuidia gloriã rebus geſtis partã reliquerunt. Ac foris quidẽ illi ita ſe geſſerũt: domi uerò qui fuerint cũ in rebus cõmunibus, tũ in proprijs,conſiderate:ædificia, atq. ornamẽta talia, tãq. multa publicè uobis illi compararũt tẽplorũ,& earũ rerũ, quæ in illis religionis cauſa collocãtur;uti poſteris nulla ſuperãdi ratio ſit relicta:priuatim autẽ Ariſtidis, Militiadis, eorũq. omniũ,qui tunc in rep.principes floruerunt;domũ ſiquis ueſtrũ,quẽadmodũ cõſtructa ſit,unquã inſpexit;maiorẽ,nihilo quã uicinã quãq. dignitate ædificatã uidet; nõ enim reip.adminiſtrationẽ ſuũ ipſi in quæſtũ conferebant; ſed quiſq. ſibi ſemper cõmune augẽdũ ſtatuebat. Ergo cũ ij sũma uniuerſæ Græciæ res fide, diuinas religione, ſuas æqualitate tractauerint;ea re magnã iure felicitatẽ adepti ſunt.Atq. hoc res in ſtatu illo quidẽ tẽpore fuerunt;cũ eas illi,quos cõmemoraui,præfecti reip.adminiſtrarunt: nunc autẽ in quo uobis opera iſtorũ ſunt?nũ quæſo ſimili,aut pa

tiæ ac cætera equidẽ omitto, quæ cõmemorare multa poſſẽ: ſed eã ſolitudinẽ, cùm offẽdiſsẽt, quã uidetis; cũ iã Lacedæmonij perijſſent, Thebaniſq. à ſuis rebus ocij nihil eſſet; nec magnopere aliorum quiſquã nobis obſtare principatũ petẽtibus auderet; nos cùm poſſemus & noſtra cõſeruare omni a periculo liberata, & aliorum iura arbitratu noſtro cõſtituere; noſtros ipſi agros amiſimus; amplius mille, & quingẽta talẽta nullo fructu impẽdimus; quos nobis in bello ſocios adiunxeramus, in pace, atq. ocio a ciuitate iſti abalienarunt; & hoſtẽ tãta potẽtia nos noſtrã ad calamitatẽ inſtruximus: aut huc adeat quiſpiã, mihiq. id narret; undẽ nã gẽtiũ, niſi ex noſtra ipſa ciuitate tãtum collegit uiri um Philippus; At heus, hæc ſi malè; urbanæ res certè melius nunc ſe habẽt: quidnã autẽ proponere quis habeat? murorum ne quas dealbamus pinnas? quæ ſtrata uiarum inſtauramus? fontes, & cloacas? Iã uos eos ad homines cõuertite, quorum curatione, & adminiſtratione huiuſmodi incõmoda euenerunt; eorum e pauperrimis diuites alij ſunt facti; ex obſcuris alij nobiles euaſerunt; priuatas ſuas ædes publicis ædificijs ampliores quidam cõſtruxerunt; & quanto ſtatus ciuitatis deterior, tãto iſtorũ melior eſt factus. Quænã igitur horum incõmodorum omnium eſt cauſa? & cur tunc optimè omnia ſe habebãt; atq. in præſẽti nõ optimè? quoniã principio quidẽ, cùm populus ipſe militiã nõ reformidaret; quicunq. reip. gerẽdæ præfecti erãt, ei parebãt; & in eius unius poteſtate bona omnia erant; atq. id optatiſſimum putabatur, ut cæterorum cuiq. idẽ populus honoris, imperij, boni deniq. aliquid impertiret. Nunc autẽ cõtra bona ſunt in eorum poteſtate, quibus adminiſtratio reip. cõmiſſa eſt; neq. niſi eorum ipſorum conſilio, quidquã agitur: uos populus eneruati, pecunijſq. ac ſocijs ſpoliati famulorum planè, atq. additamenti cuiuſdam loco eſſe cœpiſtis:

opta-

optatiſſimumq. id accidit;ſi ſpectaculorum pecunias modò uobis iſti diſtribuant;aut buculas ex præda aliquos mittant:quodq. eſt ſanè uiro omnium indigniſſimum, accedit etiam;ueſtras uti res ipſas ijs uos acceptas referatis: ac uos murorum ſeptis in urbe concluſos iſti ad res eas alliciunt, atq. manſuefactos tractatu faciles ſibi reddunt:fieri autem haud quaquam id poteſt; ut actiones tenues,atq. humiles magnum,ac iuuenilem ſpiritum afferant; propterea quòd qualia ad ſtudia ſuum quiſq. animum adiunxerit;talis fit cuiq. ſpiritus neceſſe eſt.Hæc minimè æquidem mirarer; ita ſit Ceres propitia;ſi mihi,qui expoſui, magis apud uos fraudi,quàm ijs ipſis eſſent,qui,ut ita eſſent,effecerunt;nec enim ſemper omnibus de rebus apud uos dicendi eſt poteſtas:quin id equidem,quòd nunc quoq. fuerit;demiror. Itaq. ſi nunc ſaltem ab iſtis demum moribus, atq. inſtitutis decedendum eſſe ſtatueritis;ſi militiam,eaſq. actiones, ad quas ueſtra uos dignitas cohortatur; non ſubterfugeritis; iſtas denique opes, quæ uobis domi ſunt ſuperuacaneæ, ſi ad commoda foris comparanda contuleritis;facilè fiet Athenienſes,uti ſolidum aliquod,atq. magnum commodum conſequamini;ac uos iſtiuſmodi lucellis, quæ ſunt cibis ijs perſimilia,quibus ægrotos medici alēdos curant,exolueritis: ut enim illi neq. uires afferunt, neq. tamen adimi uitā ſinunt;ſic iſta, quæ nunc uos diſtributa capitis,nec tā multa ſunt,uti in illis ſit commodi ſatis;nec ijdem per ea diffidētes aliud agere aliquid poteſtis:uerùm iſta ſunt,iſta,quæ cuiuſque ueſtrum deſidiam alunt,atq. augent.Ergo tu,dicat aliquis,emerendum ſtipendium proponis? Equidē uel continuò rerum omnium eundem Athenienſes inſtituendum eſſe ordinem cenſeo;communium ut quiſque rerum particeps,ubicunque ſit opus; conſulere ibi reip. contendat.Ocium datur?cùm domi maneas multo melior es; qui

nulla

nulla quicquam turpiter inopia facere cogaris. Caſus inci dit aliquis;cuiuſmodi hic nnnc interuenit? iſtis ipſis pecu-nijs,ipſe cùm milites,vti æquum eſt ciuem propatria. Aeta te eſt quis veſtrum iam exacta? quam nullo nunc pecuniā ordine capiens nihil adiumenti affert,æquabili ordine eam capiat,ijs omnibus, quæ agenda ſint,inſpiciendis, & con-ſtituendis:atq. omnino equidem nec ablatis,nec additis,ni ſi admodum paucis, omnem ſuſtuli perturbationem ; unū redegi in ordinem ciuitatem omnem fructus capiendi, mi litandi,iuris dicendi,& agendi,quod quiſq. per ætatem po teſt:cumq. quod ipſa poſtulet opportunitas,id ordine ego conſtituerim;haud uſquam dixi,eorum facultates,reip.o-peram qui uauarent;eſſe nihil agentibus diſtribuendas; ne que ipſos quidem deſidere,ceſſare,animis pendere;auxilia uero neſcio cuius ducis uictoriam eſſe conſecuta, ad uos perferri;id quod nunc accidit:nec tamen ego ei gratiā nō eſſe habendam dico,qui boni aliquid ueſtra cauſa agat:ſed ut pro uobis ipſis ea ipſi quoq. uos agatis cenſeo, quorum cauſa honoribus alios decoratis;neq. de eo dignitatis gra-du cuiquam concedatis Athenienſes,quem permagna uir tute,multiſq. periculis partum ueſtri uobis maiores reli-querunt. Expoſui ferè quæ utilia iudico:uos autē illud uti nam ſtatuatis,quod & ciuitati,& uobis uniuerſis commo-do ſit futurum.

FINIS.

IAK 152629 h